malo cultore, vinea alii datur, cum donum gratiæ, quod superbus spreverit, humilis accipit.

CHRYS., *super Matth.* (in opere imperf., ut sup.). Deinde quasi non acquiescentibus illis, testimonium Scripturæ inducit. Sequitur enim : Dicit illis Jesus : Nunquam legistis in Scripturis : Lapidem, quem reprobaverunt, etc. id est : Si parabolam meam non intelligitis, vel istam Scripturam cognoscatis. HIER. Variis autem parabolis res eadem contextuntur : quos enim supra operarios et agricolas appellarat, nunc ædificatores (id est, cementarios) vocat. CHRYS., in hom. (68, ut sup.). Lapidem autem Christum vocat; ædificatores autem doctores Judæorum, qui Christum reprobaverunt, dicentes (Joan., 9) : Hic non est a Deo. RAB. Sed illis nolentibus, ideo lapis

caput anguli firmavit, quia de utroque populo quotquot ipse voluit, sua fide conjunxit : unde sequitur : Hic factus est in caput anguli. HILAR. (can. 22, ut sup.). Est enim caput anguli factus, quia est inter legem et gentes lateris utriusque conjunctio.

CHRYS., in homil. (69, ut sup.). Deinde ut discant quoniam nihil eorum quæ fiebant, Deo contrarium erat, subdit : A domino factum est. ORIG. (ut sup.). Id est, iste lapis, donum est donatum a Deo edificio universo; et admirabile caput in oculis nostris, qui possumus eum videre oculis nostris, qui possumus eum videre oculis mentis. CHRYS., *sup. Matth.* (in opere imperf., ut sup.). Quasi diceret : Quare non intelligitis, in cujus ædificii angulo ponendus est ille lapis, non in vestro (quando

donc un nouvel édifice doit s'élever, le vôtre est donc condamné? » C'est pour cela qu'il ajoute : « Je vous le dis donc : Le royaume de Dieu vous sera enlevé, etc. — ORIG. — Il appelle royaume de Dieu les mystères du royaume de Dieu, c'est-à-dire les divines Écritures que nous a livrées le Seigneur, d'abord en ce premier peuple à qui ont été confiées les paroles de Dieu (1), et ensuite en les nations qui ont fait du fruit. La parole de Dieu n'est donnée à personne autre qu'à celui qui fait du fruit, et elle n'est jamais donnée au pécheur en qui règne le péché. Comment donc a-t-elle pu être confiée à celui à qui elle a dû être enlevée? Mais remarquez qu'elle est donnée gratuitement à ceux à qui elle est donnée, tandis qu'elle n'est pas donnée à ceux à qui elle est affermée de la même manière qu'aux élus et aux fidèles. Ceux à qui elle a été donnée l'ont reçue en même temps qu'ils étaient jugés élus.

S. CHRYS. — Le Christ est appelé  *Pierre* , non-seulement à cause de sa solidité, mais encore parce qu'il broie d'une manière terrible ses ennemis : « Et celui qui tombera sur cette pierre se brisera, etc. » — S. JÉR. — Celui qui est pécheur et qui tombe sur cette pierre se brisera, mais il ne sera pas tout-à-fait broyé, parce que Dieu veut le sauver par sa patience. Mais celui sur lequel cette pierre tombera, c'est-à-dire sur lequel sera lancée cette pierre, et qui aura nié tout-à-fait le Christ, sera brisé de manière à ce qu'il ne reste rien de lui, pas même un léger fragment dans lequel on puisse puiser un peu d'eau. — S. CHRYS — Autre chose est d'être brisé, autre chose d'être broyé ; il

(1) « Qu'a donc de plus le Juif? Beaucoup plus en toute manière ; d'abord il a que les paroles de Dieu lui ont été confiées » (Rom., 3, v. 2).

reprobatus est], sed in alio? Si autem aliud ædificium est futurum, ergo vestra ædificatio est contemnenda. Unde subdit : Ideo dico vobis : Auferetur a vobis regnum Dei, etc. ORIG. (ut sup.). Regnum Dei dicit mysteria regni Dei, id est, divinas Scripturas, quas tradidit Dominus : primo quidem populo illi priori, cui credita sunt eloquia Dei; secundo autem gentibus facientibus fructum. Nemini enim datur verbum Dei, nisi facienti fructum de eo; et nemini, in quo peccatum regnat, datur regnum Dei : quomodo ergo illis datum est, a quo et ablatum est? Sed considera quomodo quod datur, intelligitur gratis datum. Quibus ergo locavit, non omnino quasi electis et fidelibus dedit :

quibus autem donavit, cum iudicio electionis donavit.

CHRYS., *super Matth.* (in operè imperf., ut sup.). Lapis autem dicitur Christus, non solum propter firmitatem, sed etiam quia est inimicorum magna confractio. Unde sequitur : Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur, etc. HIER. Qui peccator est, et tamen in illum credit, cadit quidem super lapidem, et confringitur, sed non omnino conteritur, reservatur enim per patientiam ad salutem : super quem vero ille ceciderit (hoc est cui lapis ille irruerit, et qui Christum penitus negaverit), sic conteret eum, ut nec testa quidem remaneat, in qua hauriatur aquæ pusillum. CHRYS., *super Matth.* (in opere imperf., ut sup.). Aliud est enim confringi,

reste quelque chose de celui qui est brisé, tandis que celui qui est broyé est comme réduit en poussière. Celui qui tombe sur la pierre n'est pas brisé de toute la force de la pierre, mais de toute l'énergie de sa chute déterminée, ou par son poids, ou par la hauteur de laquelle il tombe. C'est ainsi que le chrétien qui pèche ne perd pas tout ce que le Christ renferme, mais tout ce que lui enlève sa mauvaise action, perte qui dépend et de la grandeur de son péché et du degré de dignité qu'il avait en le Christ; tandis que les infidèles se perdent de toute la perte que peut leur faire éprouver le Christ. — S. CHRYS. — Ou bien, il montre ici les deux pertes qu'ils éprouveront, l'une en venant se heurter contre cette pierre et par le choc, perte qu'il désigne ainsi : « Celui qui tombera sur cette pierre, etc. ; » l'autre qui résulte de la captivité dans laquelle ils tomberont, et qu'il exprime ainsi : « Quant à celui sur lequel la pierre tombera, etc. » — S. AUG. — Ou bien, en parlant de celui qui tombera sur cette pierre, il désigne ceux qui actuellement le méprisent et le couvrent d'injures; ils ne périssent pas tout-à-fait, mais ils se blessent de manière qu'ils ne puissent plus marcher droit. Ceux sur lesquels il tombe sont ceux sur lesquels il fondra dans le jugement avec la peine de la perdition, et il dit : « Il les broiera, afin que les impies soient comme cette poussière que le vent soulève de la face de la terre. »

*Les princes des prêtres et les pharisiens, ayant entendu ces paraboles de Jésus, connurent que c'était d'eux qu'il parlait. Et voulant se saisir de lui, ils appréhendèrent le peuple, parce qu'on le regardait comme un prophète.*

S. JÉR. — Quoique les Juifs eussent un cœur endurci par l'incrédulité

et aliud comminui : de eo enim quod confringitur, aliquid remanet : quod autem comminuitur, quasi in pulverem convertitur. Quod autem cadit ad lapidem, non frangitur secundum quod est lapidis virtus, sed in quantum fortiter cadit; aut propter pondus suum, aut propter altitudinem casus; sic et Christianus peccans, non tantum perit, quantum potest perdere Christus, sed quantum ipse se perdit per opera sua; aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis : infideles autem pereunt tantum, quantum potest eos perdere Christus. CHRYS., in homil. (69, ut sup.). Vel hic duas perditiones eorum ostendit : unam ab eo, quod offenderunt, et scandalizati sunt; quam designat, dicens : Qui ceciderit super lapidem, etc. Aliam a captivitate eis superventura quam manifestat, dicens : Super quem vero ceciderit, etc. AUG., *De quest. Evang.* (lib. 1, cap. 30). Vel de his dicit quod cadent super eum, qui illum modo contemnunt, vel injuriis afficiunt : ideo nondum penitus intereunt, sed tamen confringitur, ut non recte ambulent : super quos autem cadet, veniet illis desuper in judicio cum pœna perditionis : ideo dixit : Conteret eos, ut sint impii tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ (*Psal.* 1).

*Et cum audissent principes sacerdotum et pharisæi parabolas ejus, cognoverunt quod de*

lité, ils comprenaient cependant que ces parolés du Sauveur étaient dirigées contre eux : « Et lorsque les princes des prêtres, etc. » — S. CHRYS. — Telle est la différence entre les hommes bons et ceux qui sont méchants; c'est que celui qui est bon, surpris dans son péché, gémit de ce qu'il a péché, tandis que celui qui est méchant frémit, non pas de ce qu'il a péché, mais de ce qu'il a été surpris dans son péché, et non-seulement il ne fait pas pénitence, mais il n'en est que plus irrité contre celui qui l'a repris. C'est pour cela que ceux-ci, surpris dans leur malice, n'en sont que plus excités au mal : « Et cherchant à le prendre, ils craignirent la foule, parce qu'elle le regardait comme un prophète. » — ORIG. — Ils savent quelque chose de vrai de lui, c'est qu'il est un prophète; mais ils ne savent pas sa grandeur en ce qu'il est Fils de Dieu. Les princes craignent la foule qui a de lui cette opinion, et qui serait prête à le défendre. Ils ne peuvent pas s'élever même à cette idée qu'a la foule du Christ, et ils ne pensent sur lui rien de digne de lui. Or, il faut savoir qu'il est une différence entre ceux qui veulent s'emparer du Christ. Les pharisiens veulent s'emparer de lui d'une tout autre manière que l'épouse, qui dit : « Je l'ai saisi, et ne le lâcherai pas. » Elle disait encore mieux par ces mots : « Je monterai sur le palmier, et le saisirai par le haut » (1). Mais tous ne pensent pas bien de la divinité du Christ, et il en est qui veulent s'en

(1) *Κρατήσω τῶν ὑψέων αὐτοῦ, je m'emparerai de ses extrémités. La Vulgate a rendu le sens et non le mot à mot, je prendrai ses fruits; Symmache a traduit : τῶν βλαῶν αὐτοῦ, ses rameaux.*

*ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas; quoniam sicut prophetam eum habebant.*

HIER. Quamvis duro corde Judæi propter incredulitatem essent, tamen intelligebant contra se omnes Domini sententias dirigi. Unde dicitur : Et cum audissent principes, etc. CHRYS., *super Matth.* (in opere imperf., hom. 39, prope finem). Hæc est autem differentia bonorum hominum et malorum : bonus enim comprehensus in peccato, gemit, quia peccavit; malus autem frémit, non quia peccavit, sed quia comprehensus est in peccato; et non solum poenitentiam non agit, sed magis adversus corripientem irascitur. Unde et isti comprehensi, magis ad malitiam sunt excitati. Sequitur enim : Et quærentes tenere eum, timuerunt turbas; quoniam sicut prophetam eum habebant. ORIG. (ut sup.). Sapiunt quidem

aliquid de eo quod verum est, prophetam eum æstimantes; non autem magnitudinem ejus intelligunt, secundum quod erat Filius Dei. Turbas autem sic sapientes de eo, et paratas pro eo pugnare, timent principes : neque enim ad eorum scientiam pertingere possunt, nihil dignum sentientes de eo. Deinde sciendum est quoniam volentium Jesum tenere differentia est. Aliiter enim principes et pharisæi quærebant eum tenere, aliter sponsa, quæ dicit (*Cant.* 3) : Tenui eum, nec dimittam, adhuc eum tentura melius, sicut dicit (*Cant.* 7) : Ascendam in palmam, et tenebo altitudinem ejus : omnes enim non recte sapientes de Divinitate, tenere volunt Jesum et perdere eum. Et alia quidem verba, præter verbum Christi, possibile est comprehendere et tenere : Verbum autem veritatis nemo potest comprehendere (fid est, intelligere), neque tenere (id est, convincere), neque separare a sensu



emparer pour le perdre. Les autres paroles, on peut les tenir et les comprendre; mais la parole de vérité, personne ne peut s'en emparer, c'est-à-dire la comprendre; ni la tenir, c'est-à-dire la lier; ni l'arracher au sens des croyants; ni la tuer, c'est-à-dire la détruire. — S. CHRYS. — Tout homme méchant porte, autant qu'il est en lui, ses mains sur Dieu, et le tue; car celui qui foule aux pieds les commandements de Dieu, et celui qui murmure contre Dieu, et celui qui regarde le ciel avec des yeux égarés, est-ce que, s'ils le pouvaient, tous ceux-là ne porteraient pas leurs mains sur Dieu, pour s'en défaire et pour pécher librement? — RAB. — L'on voit tous les jours se renouveler le fait de ceux qui n'osent pas, à cause de la foule, porter leurs mains sur Jésus. C'est ainsi que celui qui n'a de frère que le nom n'ose pas, par honte ou par peur, attaquer l'unité de la foi et de la paix. à cause des justes qu'elle renferme dans son sein.

---

## CHAPITRE XXII.

*Jésus, parlant encore en paraboles, leur dit : Le royaume des cieux est semblable à un roi qui, voulant faire les noces de son fils, envoya ses serviteurs pour appeler aux noces ceux qui y étaient conviés ; mais ils refusèrent d'y venir. Il envoya encore d'autres serviteurs, avec ordre de dire de sa part aux conviés : J'ai préparé mon dîner, j'ai fait tuer mes bœufs et tout ce que j'avais fait engraisser ; tout est prêt, venez aux noces. Mais eux, ne s'en*

---

<p>credentium, neque mortificare (id est, destruere.) CHRYS., <i>super Matth.</i> (in opere imperf., homil. 40). Omnis etiam homo malus (quantum ad voluntatem suam), et manus mittit in Deum, et occidit eum : qui enim præcepta Dei conculcat, qui murmurat contra Deum, et turbato vultu aspiciet cœlum, nonne si fieri potuisset, manus</p>	<p>mitteret in Deum, et occideret eum, ut jam licenter peccaret? RAB. Sed tamen quod timent mittere manum in Jesum propter turbam, quotidie in Ecclesia geritur; cum quilibet solo nomine frater, fidei et pacis unitatem (quam non diligit) propter bonos cohabitantes vel erubescit impugnare, vel timet.</p>
---	---

---

## CAPUT XXII.

*Et respondens Jesus dixit iterum in parabolis eis, dicens : Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, et volebant venire. Iterum mi-*

*sit alios servos, dicens : Dicitis invitatis, ecce prandium meum paravi; tauri mei, et vitulina occisa sunt, et omnia parata; venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, et abierunt, alius in villam suam, alius vero ad*

*mettant point en peine, s'en allèrent l'un à sa maison des champs, et l'autre à son négoce ; les autres se saisirent de ses serviteurs, et les tuèrent après leur avoir fait plusieurs outrages. Le roi, l'ayant appris, en fut ému de colère ; et ayant envoyé ses armées, il extermina ces meurtriers, et brûla leur ville. Alors il dit à ses serviteurs : Le festin des noces est tout prêt ; mais ceux qui y avaient été appelés n'en ont pas été dignes. Allez donc dans les carrefours, et appelez aux noces tous ceux que vous trouverez. Ses serviteurs s'en allant alors par les rues, rassemblèrent tous ceux qu'ils trouvèrent, bons et mauvais, et la salle des noces fut remplie de personnes qui se mirent à table. Le roi entra ensuite pour voir ceux qui étaient à table ; et y ayant aperçu un homme qui n'était point revêtu de la robe nuptiale, il lui dit : Mon ami, comment êtes-vous entré en ce lieu sans avoir la robe nuptiale ? Et cet homme demeura muet. Alors le roi dit à ses gens : Liez-lui les mains et les pieds, et jetez-le dans les ténèbres extérieures : c'est là qu'il y aura des pleurs et des grincements de dents. Car il y a beaucoup d'appelés, mais peu d'élus.*

S. CHRYS. — Jésus avait dit que la vigne du Seigneur serait confiée à une nation qui lui ferait produire ses fruits ; il nous montre ici quelle serait cette nation : « Et Jésus répondant, etc. » — LA GLOSE. — Ce mot *répondant* exprime qu'il alla au-devant de leur pensée qui déjà s'occupait de sa mort (1). — S. AUG. — Saint Matthieu est le seul à raconter cette parabole ; et celle semblable que raconte saint Luc n'est pas la même, ainsi que l'indique l'ordre de la narration. — S. GRÉG. — Ici, par *les noces*, il nous parle de l'Église ; là, par la cène, il nous désigne l'éternel et dernier festin ; car plusieurs entrent aux noces pour en sortir, et personne de ceux qui entrent au festin n'en sortira. Que si quelqu'un prétend qu'ici et là c'est la même narration, il faut du moins admettre que Matthieu se tait sur cet invité chassé pour n'avoir

(1) Saint Jean nous les montre au chap. 11, déjà liés entre eux par un projet tout-à-fait arrêté de le tuer.

*negotiationem suam : reliqui vero tenuerunt servos ejus, et contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cum audisset iratus est, et missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, et civitatem illorum succendit.*

*Tunc ait servis suis : Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui invitati erant, non fuerunt digni. Itæ ergo ad exitus viarum, et quoscunque inveneritis, vocate ad nuptias. Et egressi servi ejus in vias, congregaverunt omnes quos invenerunt, malos et bonos ; et implete sunt nuptiæ discumbentium. Intraivit autem rex ut videret discumbentes, et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi : Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem ? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris :*

*Ligatis manibus et pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores : ibi erit fletus et stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.*

CHRYS., in hom. (70, in Matth.). Quia dixerat : Dabitur genti facienti fructus ejus, hic ostendit cui genti : unde dicitur : Et respondens Jesus, dixit, etc. GLOSSA (interlin.). Dicit autem, respondens, id est, obvians prævæ cogitationi eorum de morte sua. AUG., De cons. Evang. (lib. 2, cap. 71). Parabolam autem istam solus Matthæus narrat ; simile quiddam etiam Lucas commemorat (cap. 18) ; sed non est hoc ; sicut et ipse ordo indicat. GRÉG., in hom. (38, in Evang.). Hic per nuptias, præsens Eccle-

pas la robe nuptiale dont parle saint Luc, quant à ce que l'un appelle cène ce que l'autre appelle dîner, pour y répondre, il faut dire que chez les Juifs le dîner, ayant lieu à la neuvième heure (1), était aussi appelé cène.

ORIG. — Le royaume du ciel, en ce qui concerne celui qui règne, est semblable à un roi, en ce qui concerne celui qui partage le pouvoir au fils du roi; les invités et les serviteurs représentent les sujets du roi, y compris sa cour. Le Sauveur ajoute : « A un homme roi, » pour parler aux hommes en langage humain, et pour distribuer ainsi la vérité aux hommes qui n'avaient aucun désir d'un langage divin. Mais le royaume de Dieu cessera d'être semblable à un homme roi, lorsque le zèle du mal, et son opposition à la vérité, et les autres-passions venant à tomber, nous aurons fini de marcher selon l'homme, et que nous le verrons comme il est, tandis que maintenant nous ne le voyons pas comme il est, mais tel qu'il est devenu à cause de l'infirmité de nos dispositions.

S. GRÉG. — Le Père a fait des noces à son Fils, lorsqu'il l'a uni à la nature humaine dans le sein d'une vierge; mais comme tout mariage suppose ordinairement deux personnes et n'est que leur union, n'acceptons nullement qu'il y ait eu deux personnes distinctes dans ces noces du Fils de Dieu; car si nous disons qu'il existe en deux natures et ayant deux natures, nous évitons comme un crime d'admettre qu'il soit composé de deux personnes. Il serait donc plus sûr de dire que le

(1) C'est-à-dire à la troisième après midi, leur troisième heure était notre neuvième du matin.

sia, illic per cœnam, æternum et ultimum convivium designatur; quia et in hanc nonnulli exituri intrant; ad illud quisquis semel intraverit, ulterius non exhibit. At si quis forte contendat hanc eandem esse lectionem, intelligi forsitan potest quia de projecto eo qui cum nuptiali veste non intraverat, quod Lucas tacuit, Matthæus dixit; quod vero per illum cœna, per hunc autem prandium dicitur, nequaquam obsistit; quia cum ad horam nonam apud antiquos prandium fieret quotidie, ipsum quoque prandium cœna vocabatur.

ORIG. (tract. 20, in *Matth.*). Regnum autem cœlorum simile est, secundum eum quidem qui regnat, homini regi; secundum eum autem qui conregnat, filio regis; secundum ea vero quæ sunt in regno regis, servis et invitatis ad nuptias, inter quos est

et exercitus regis. Additum est autem, homini regi, ut hominibus quasi homo loquatur, et dispenset homines non cupientes dispensari a Deo. Sed tunc cessabit regnum cœlorum esse simile homini, cum cessante zelo, et contentione, et cæteris passionibus, et peccatis, cessaverimus secundum hominem ambulare; et videbimus eum sicuti est: nuno enim videmus eum, non sicuti est, sed sicuti propter nostram dispensationem factus fuerit nobis.

GRÉG., in hom. (38, ut sup.). Tunc autem Deus Pater Deo Filio nuptias fecit, quando hunc in utero virginis humanæ naturæ conjunxit; sed quia ex duabus personis fieri solet nuptiarum conjunctio, absit hoc ab intellectibus nostris ut personam Redemptoris nostri ex duabus personis credamus esse unitam. Ex duabus quippe

Père-roi a fait des noces à son Fils-roi, en ce que, par le mystère de l'Incarnation, il l'a uni à la sainte Église; ce fut le sein de la Vierge mère qui fut la chambre nuptiale de cet époux. — S. CHRYS. — Ou bien, lorsqu'advindra la résurrection des morts, la vie, qui est le Christ, s'emparera de l'homme, et absorbera sa mortalité dans son immortalité (1). Nous avons déjà reçu l'Esprit-Saint comme les arrhes de cette union future, et alors nous recevrons le Christ plus pleinement en nous. — ORIG. — Ou bien, par cette union de l'époux et de l'épouse, cette union du Christ et de l'âme, entendez la parole reçue dans l'âme; l'enfantement, ce seront les bonnes œuvres. — S. HIL. — C'est avec raison que nous pouvons considérer ces noces comme déjà consommées par le Père; car l'éternité reçue et un nouveau corps épousé, tout cela a déjà reçu son parfait accomplissement en le Christ.

« Et il envoya ses serviteurs engager les invités à venir aux noces, et ils ne voulurent pas venir. » — S. CHRYS. — Donc, lorsqu'il envoya ses serviteurs, ils étaient déjà invités. En effet, les hommes furent invités au temps d'Abraham; car déjà l'incarnation du Christ fut promise à cette époque. — S. JÉR. — « Il envoya son serviteur. » C'est sans aucun doute Moïse qui donne la loi aux invités. Si nous lisons *serviteurs*, ainsi que le portent plusieurs exemplaires, il faut entendre les prophètes; car ceux qu'ils invitèrent refusèrent de venir: « Et il envoya de nouveau d'autres serviteurs, en leur disant: Dites aux invités. » Si plus haut vous lisez *son serviteur*, il vaut mieux entendre par ces

(1) « Lorsque le corps mortel aura revêtu l'immortalité, alors se réalisera cette parole qui a été écrite: la mort a été absorbée dans la victoire » (1 Corinth., 15, v. 54).

atque in duabus hunc naturis existere dicimus, sed ex duabus personis credere compositum, ut nefas vitamus. Securius ergo dici potest, quia in hoc Rex Pater, Regi Filio nuptias fecit, quod ei per incarnationis mysterium sanctam Ecclesiam sociavit: uterus autem genitricis Virginis hujus sponsi thalamus fuit. CHRYS., *sup. Matth.* (18, in opere imperf., hom. 41). Vel aliter: cum resurrectio fuerit facta Sanctorum, tunc suscipiet hominem vita (quæ est Christus) mortalitatem ejus sua immortalitate absorbens: nunc enim quasi arrhas futuri conjugii Spiritum Sanctum accipimus; tunc autem ipsum Christum plenius in nobis habebimus. ORIG. (ut sup.). Vel conjunctionem sponsi ad sponsam (id est,

Christi ad animam) verbi susceptionem intellige; partus autem, opera bona. HILAR. (ut sup.). Merito autem a Patre jam sunt hæ nuptiæ factæ, quia æternitatis hujus societas, et novi corporis desponsata conjunctio, habetur jam perfecta in Christo.

Sequitur: Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, et noluerunt venire. CHRYS., *sup. Matth.* (in opere imperf., ut sup.). Ergo quando misit servos suos, jam invitati prius erant: invitati sunt enim homines a tempore Abraham, cui Christi incarnatio promittebatur. HIER. Misit autem servum suum; nec dubium quin Moysen, per quem legem invitatis dedit. Si autem servos legerimus (ut pleraque habent exemplaria) ad prophetas referendum est;

derniers serviteurs les *prophètes* que les apôtres; tandis que si plus haut vous lisez *serviteurs* (1), vous devez voir les apôtres en ces derniers serviteurs.—S. CHRYS.—Les apôtres qu'il envoya par ces paroles : « Vous n'irez pas dans la voie des nations; mais allez plutôt vers les brebis égarées de la maison d'Israël. » — ORIG. — Ou bien, par ces premiers serviteurs qu'il envoie appeler les invités aux noces, il faut entendre les prophètes, qui en convertirent plusieurs parmi le peuple à la foi de l'Église rendue au Christ. Ceux qui refusèrent, parmi les premiers invités, sont ceux qui refusèrent d'écouter les paroles des prophètes. Ceux qui furent envoyés après, c'est encore un nouvel envoi de prophètes. — S. HIL. — Ou bien, les premiers envoyés vers les invités sont les apôtres; et ceux qu'ils avertissent comme déjà invités, c'est le peuple d'Israël, appelé à la gloire d'éternité par la loi. C'était en effet aux apôtres à gourmander, ceux que déjà avaient invités les prophètes. Ceux qui sont de nouveau envoyés avec le caractère de maître, ce sont les hommes apostoliques successeurs des apôtres.

S. GRÉG. — Mais comme ceux qui ont été invités en premier lieu n'ont pas voulu venir, il est dit dans la seconde invitation : « J'ai préparé mon repas. » — RAB. — Ce repas préparé et ces bœufs et tous ces animaux engraisés sont ou une métaphore, pour nous faire entendre quelles étaient les richesses de ce roi et nous montrer les choses spirituelles sous le voile des choses charnelles; ou bien, l'on peut considérer toutes ces expressions comme pleines de la grandeur du dogme

(1) Le grec τῶν δούλων et tous les exemplaires corrigés portent le pluriel, et l'on ne voit pas où saint Jérôme a pu trouver le singulier, si ce n'est peut-être au v. 17 du ch. 14 de saint Luc où cette faute se serait glissée.

quia invitati per eos venire contempserunt. Sequitur : Iterum misit alios servos, dicens : Dicitis invitatis. Servi, qui secundo missi sunt, melius est ut prophetæ intelligantur, quam apostoli; ita tamen si servus supra fuerit scriptus, sin autem servos ibidem legas, hic servi secundi apostoli sunt intelligendi. CHRYS., *sup. Matth.* (in opere imperf., ut sup.). Quos misit, cum eis dixit (Matth., 10) : In viam gentium ne abieritis, sed potius : Ite ad oves perditas domus Israel. ORIG. (ut sup.). Vel qui primo mittuntur servi vocare invitatos ad nuptias, habentur prophetæ convertentes ex populo per suas prophetias ad lætitiâ restitutionis Ecclesiæ ad Christum. Qui autem noluerunt venire in primis invitati, sunt qui noluerunt audire verba prophetarum. Ite-

rum alii transmissi, alia congregatio prophetarum est. HILAR. (ut sup.). Vel servi primo missi, qui invitatos vocarent, apostoli sunt, qui autem admonentur ut venirent invitati antea, populus Israel est : in gloriam enim æternitatis per legem est advocatus : apostolorum enim erat proprium commonefacere eos quos invitaverant prophetæ : qui vero iterum cum præceptorum conditione mittuntur, apostolici viri sunt, successores eorum.

GRÉG. (in hom. 38, ut sup.). Sed quia hi qui prius invitati sunt, ad nuptiarum convivium venire noluerunt, in secunda invitatione jam dicitur : Ecce prandium meum paravi. RABA. Prandium paratum, et tauri, et altitia occisa, vel per metaphoram opes regiæ describuntur, ut ex carnalibus intel-

et de la vérité de la loi divine. — S. CHRYS. — Ces paroles du Seigneur à ses apôtres : « Allez prêcher et dire que le royaume de Dieu s'est approché, » sont les mêmes que celles-ci : « J'ai préparé mon repas, » c'est-à-dire : J'ai enrichi de la loi et des prophéties les tables des Écritures : « Mes taureaux et tout ce que j'ai fait engraisser, etc. » — S. GRÉG. — Les bœufs sont les patriarches de l'ancienne loi qui avaient reçu la permission d'attaquer de leur corne les ennemis de la loi (1). Le mot *altilia* veut dire ce que l'on engraisse; car il vient d'*alere*, qui veut dire nourrir. Or, par les animaux que l'on a engraisés, il faut entendre les pères du Nouveau-Testament qui, pendant qu'ils sont remplis de la douceur d'une consolation intérieure, s'élèvent des désirs de la terre aux choses sublimes sur les ailes de la contemplation. Ces mots donc : « Mes taureaux et les autres animaux que j'avais fait engraisser sont tués, » reviennent à ceux-ci : « Voyez la mort des pères qui vous ont précédés, et pensez aux remèdes de la vie éternelle. » — S. CHRYS. — Il dit : « Les taureaux et les animaux engraisés, » non pas que les taureaux n'eussent pas été engraisés, mais parce qu'il y avait plus que les taureaux qui eussent été engraisés. *Ces animaux engraisés*, et qui ne sont pas les taureaux, nous représentent les prophètes qui eurent seulement l'esprit de prophétie, tandis que les taureaux furent ceux qui étaient à la fois prêtres et prophètes, comme Ézéchiël et Jérémie; car, ainsi que les taureaux marchent à la tête du troupeau, ainsi les prêtres sont placés à la tête du peuple. — S. HIL. — Ou bien, les *taureaux*, c'est la glorieuse phalange des martyrs qui ont

[1] « Sa beauté est celle du jeune taureau, ses cornes celles du rhinocéros; il s'en servira pour jeter les nations au vent. » Ce sont les paroles de la bénédiction de Joseph (Deut., 33, v. 13).

ligantur spiritualia; vel certe dogmatum magnitudo et doctrina Dei lege plenissima sentiri potest. CHRYS., *sup. Matth.* (in opere imperf., ut sup.). Cum ergo Dominus apostolis dixit (Matth., 10) : Euntes prædicate dicentes quia appropinquavit regnum celorum, hoc significavit quod hic dicitur : Prandium meum paravi, id est, ex lege et prophetis Scripturarum mensas ornavi. Unde sequitur : Tauri mei, etc. GREG., in hom. (38, ut sup.). Per tauros autem Patres veteris Testamenti figurantur, qui ex permissione legis inimicos suos virtutis corporeæ cornu feriebant; altilia vero saginata dicimus; ab eo enim quod est alere altilia (vel quasi alita) vocamus; per altilia

ergo Patres novi Testamenti figurantur, qui dum gratiam pinguedinis internæ dulcedinis percipiunt, a terrenis desideriis ad sublimia [contemplationis suæ penna] sublevantur. Dicit ergo : Tauri mei et altilia occisa sunt; ac si dicat : Patrum præcedentium mortes aspiciat, et remedia vitæ vestræ cogitate. CHRYS., *sup. Matth.* (in opere imperf. ut sup.). Vel aliter : ideo dicit : Et saginata, et tauros; non quia et tauri non fuerint saginati, sed quia non omnes saginati fuerunt tanti : ergo saginata tantummodo dicit prophetas, qui fuerunt Spiritu Sancto repleti; tauros autem qui prophetæ fuerunt et sacerdotes, sicut Hieremias et Ezechiel : ut enim tauri duces sunt gregis, ita et sacer-

été immolés au nom de Dieu comme une hostie de choix; *les autres animaux engraisés* sont les hommes spirituels, oiseaux rendus capables de voler par la force de ce pain céleste, et qui doivent nourrir les autres de la surabondance de cette nourriture divine. — S. GRÉG. — Il faut remarquer que dans la première invitation il n'est rien dit de ces taureaux et de ces autres animaux qui ont été préparés, tandis qu'ils sont mentionnés dans la deuxième; et c'est parce que le Seigneur tout puissant, lorsque nous refusons d'admettre sa parole, y joint l'invitation des exemples, afin que nous regardions comme plus facile ce que nous regardions comme impossible, en le voyant réalisé par d'autres qui ont passé par là. — ORIG. — Ou bien, ce repas, c'est la parole de Dieu; *les taureaux* en sont les discours énergiques, et *les animaux engraisés* les parties suaves et pleines de délices. En effet, ceux dont la parole est vulgaire, sans fermeté, et sans grande force de raison, ceux-là paraissent avoir une parole maigre, tandis que ceux qui appuient toutes leurs propositions par des exemples et par de nombreuses preuves paraissent avoir une parole substantielle. C'est ainsi que l'on compare celui qui parle bien de la chasteté à une tourterelle (1), et lorsque sa parole sage traite de la sainteté et surabonde de citations de l'Écriture, à tel point qu'il fait les délices et la force des âmes qui l'écoutent, on dit que son discours est *gras*, nourrissant.

S. CHRYS. — Ces mots : « Le repas est préparé, » signifient que tout ce qui concerne le salut se trouve déjà contenu dans l'Écriture; car l'ignorant y trouve à s'instruire, le rebelle y rencontre des menaces

[1] Laquelle est considérée comme l'emblème de la chasteté par Aristote au liv. 9, c. 7, de son *Histoire naturelle*.

dotes principes sunt populi. HIL. (ut sup.) Vel aliter : tauri, gloriosa martyrum species est, qui confessioni Dei tanquam hostia electa sunt immolati; saginata vero sunt homines spirituales, tanquam coelesti pane ad evolandum aves pastæ, cæteros accepti cibi ubertate expleturæ. GRÆG. (ut sup.) Notandum vero quod in priore invitatione nil de tauris et altilibus dicitur; in secunda autem jam tauri et altilia mactata memorantur; quia omnipotens Deus, cum verba ejus audire nolumus, adjungit exempla, ut omne quod impossibile credimus, tanto nobis ad superandum fiat facilius, quanto per hoc transisse et alios audimus. ORIG. (ut sup.) Vel quia prandium quod paratur, est eloquium Dei, fortia quæque eloquiorum Dei, tauri intelliguntur; suavia vero et delectabilia eorum, sunt saginata : si quis enim proferat quædam dicta modica et non firma, et non magnam virtutem rationis habentia, videntur macra esse quæ proferuntur : saginata autem sunt, cum ad unamquamque propositionem exempla multa orationis probatione repleta inducuntur : puta, si aliquis de castitate sermonem loquitur, recte intelligitur turtur : sed cum ipsum sanctitatis sermonem cum rationis probatione de Scripturis repletum protulerit ita ut delectet et confirmet animum audientis, protulit eum saginatum.

CHRYS., sup. *Matth.* (in opere imperf., ut sup.). Quod autem dicitur : Et omnia parata sunt, intelligitur quia quicquid quæ-

qui l'effraient, et celui qui est dans les fatigues, des promesses pour l'exciter au travail. — LA GLOSE. — Ou bien, les mots : « Toutes choses ont été préparées, » signifient que l'entrée du royaume, qui était auparavant fermée, a été ouverte par la foi en l'incarnation. — S. CHRYS. — Ou bien, ces mots : « Toutes choses ont été préparées, » signifient que tout ce qui concerne le mystère de la passion du Seigneur et notre rédemption est prêt. Il dit : « Venez aux noces, » non en marchant, mais par la foi et les mœurs.

« Pour eux, ils négligèrent de le suivre ; » et il en donne la raison par ces mots : « L'un alla dans sa maison de campagne. » — S. CHRYS. — Ces prétextes peuvent paraître raisonnables, et ils sont mentionnés ici pour nous apprendre qu'alors même que les motifs qui nous retiennent sont basés sur des choses nécessaires, il faut tout subordonner aux choses spirituelles. Il me paraît cependant qu'ils usaient de ces prétextes pour voiler leur négligence. — S. HIL. — Les hommes sont occupés par l'ambition mondaine, comme celui-ci l'était par les soins de sa villa. Il en est plusieurs ainsi qui se laissent retenir par les affaires et par la cupidité qui cherche l'argent. — S. CHRYS. — Ou bien, lorsque nous nous livrons à une œuvre manuelle, par exemple à la culture d'un champ ou d'une vigne, ou à un travail sur le fer, sur le bois, nous ressemblons à celui qui cultivait sa vigne, tandis que toute œuvre qui tend au gain, et qui cependant n'est pas une œuvre manuelle, appartient à ce que l'on appelle *le commerce*. O monde très malheureux ! et malheureux ceux qui le suivent ! Ce furent toujours les œuvres du monde qui jetèrent les hommes hors de la vie.

ritur ad salutem, jam adimpletum est in Scripturis ; qui enim ignorans est, invenit ibi quod discat : qui contumax est, invenit ibi quod timeat ; qui laborat, invenit ibi promissa quibus excitetur ad opus. GLOSSA. [interlin.]. Vel omnia parata sunt, id est, introitus regni paratus est per fidem mese incarnationis, qui ante fuerat clausus. CHRYS., sup. *Matth.* [in opere imperf. ut sup.]. Vel omnia parata dicit, quæ pertinent ad mysterium dominicæ passionis et nostræ redemptionis. Dicit autem : Venite ad nuptias, non pedibus, sed fide et moribus.

Sequitur : Illi autem neglexerunt : quare autem neglexerint manifestat cum subdit : Etabierunt alius in villam suam, etc. CHRYS., in homil. (76, ut sup.). Quamvis autem videantur rationabiles occasiones esse, sed

hinc discimus quod (etiam si necessaria sunt quæ detinent) omnibus tamen præponere spiritualia oportet : mihi autem videtur quod his occasionibus usi, negligentia velamina proponebant. HILAR. (ut sup.). Ambitione enim sæculi tanquam villa, homines occupantur, plures vero propter pecuniæ cupiditatem negotiatione detinentur. CHRYS. (in opere imperf., ut sup.). Vel aliter : cum labore manuum nostrarum aliquid facimus (puta, exercentes agrum vel vineam, aut opus ligni vel ferri), villam colere videmur ; cum autem non labore manuum nostrarum alia lucra sequimur, totum hoc, negotiatio appellatur. O miserimus mundus, et miserii qui eum sequuntur ! Semper enim mundalia opera homines excluderunt vita.

GRÆC. (ut sup.). Qui ergo intentus labori terreno, vel mundi actionibus deditus,



S. GRÉG. — Celui qui, livré à un travail terrestre, ou qui, adonné aux actions du monde, néglige de s'arrêter au mystère de l'incarnation et d'y conformer sa vie, celui-là refuse de venir aux noces du roi, sous le prétexte d'aller à sa villa ou à ses affaires. Souvent, ce qui est plus grave, plusieurs de ceux qui sont appelés se montrent les persécuteurs de la grâce, ne se contentant pas de la négliger. « Les autres prirent, etc., etc. » — S. CHRYS. — Ou bien, par ceux qui s'excusent à propos de leur villa, il a désigné ceux du peuple juif que les plaisirs charnels retinrent loin du Christ; par ceux qui sont pris par *leurs affaires*, les prêtres et les autres ministres du temple qui, se livrant au service du temple et de la loi par espoir de gain terrestre, se trouvèrent séparés de la foi par leur avarice, et d'eux il est dit, non pas qu'ils se montrèrent méchants, mais négligents. Ceux qui se montrèrent méchants, ce furent ceux qui par haine ou par jalousie crucifièrent Jésus-Christ, tandis que ceux qui furent retenus loin du Christ par les affaires ne doivent être accusés que de négligence. Cependant, le Seigneur ne parle pas ici, ainsi qu'il l'avait fait dans la première parabole, de sa mort, mais de la mort seulement de ses disciples, que les Juifs sacrifièrent après sa mort, lapidant Étienne, tuant Jacques d'Alphée (1), crimes qui firent détruire Jérusalem par les Romains. D'ailleurs, l'on doit remarquer que la colère n'est nommée en Dieu que par analogie et non pas d'une manière directe, car la colère de Dieu n'est que sa justice : « Lorsque le roi en eût été

(1) Jacques le mineur, appelé Jacques d'Alphée, que l'on doit distinguer de Jacques le majeur, fils de Zébédée. Il n'est point ici question de ce dernier quoique tué à Jérusalem (Act., 12), parce que ce fut le fait d'Hérode. L'on doit ajouter cependant que ce prince ne l'immola que pour plaire aux Juifs.

mysterium incarnationis dominicæ pensare, et secundum illud vivere dissimulat, quasi ad villam vel negotium pergens, venire ad regias nuptias recusat; et plerumque (quod est gravius) nonnulli vocati gratiam, non solum respuunt, sed etiam persequuntur: unde subditur: Reliqui vero tennerunt, etc. CHRYS., *sup. Matth.* (in opere imperf., ut sup.). Vel per occupationem villæ, populares Judæorum significat, quos mundi delectatio separavit a Christo; per occupationem vero negotiationis, sacerdotes cæterosque ministros templi significavit, quos lucri obtentu venientes ad ministerium legis et templi, avaritia separavit a fide: quibus non dixit, quod malignati sunt, sed, neglexerunt: qui enim odio aut invidia crucifixe-

runt Christum, illi malignati sunt; qui autem negotiis impediti non crediderunt, illi neglexisse dicuntur, non malignati esse. De sua tamen morte Dominus tacet, quia in priori parabola dixerat; sed ostendit mortem discipulorum suorum, quos post ascensum ipsius occiderunt Judæi; Stephanum lapidantes, et Jacobum Alphæi occidentes: propter quæ Hierusalem destructa est a Romanis. Et notandum quod ira in Deo, non proprie, sed translative, dicitur: tunc enim irasci dicitur, quando ulciscitur. Unde et hic dicitur: Rex autem cum audisset, iratus est. HIER. Quando invitabat ad nuptias, et agebat opera clementiæ, hominis nomen appositum est; nunc autem quando ad ultionem veni., homo siletur, et

instruit, il fut irrité. »—S. JÉR.— Lorsqu'il conviait aux noces et qu'il exerçait sa clémence, il était appelé homme seulement; mais maintenant qu'il en vient à la justice, *l'homme* disparaît et il n'est question que *du roi*. — ORIG.— Qu'ils disent, ceux qui blasphèment le Dieu de la loi et des prophètes et de toute la création, si celui qui nous est présenté comme homme et nous est montré en colère est le père du Christ. S'ils avouent que c'est lui, ils devront avouer que beaucoup de choses qui appartiennent à la nature mortelle sont affirmées ici de lui, non pas parce qu'il est mortel, mais parce qu'il condescend à la nature mortelle des hommes. Ils doivent donc, pour être conséquents, admettre que Dieu a pu, dans les prophéties, se montrer ému ou de colère, ou de repentir, ou d'un semblable mouvement de l'âme.

« Et, envoyant ses soldats, il extermina ces homicides. » — S. JÉR.— Par ces soldats, il nous faut entendre les armées romaines qui, sous les ordres de Vespasien et de Titus, brûlèrent la ville prévaricatrice après avoir détruit les habitants de la Judée. — S. CHRYS.— L'armée romaine est appelée ici l'armée de Dieu, car « c'est au Seigneur qu'appartient la terre et tout ce qu'elle renferme, » et les Romains ne seraient pas venus à Jérusalem si le Seigneur ne les y avait poussés lui-même. — S. GRÉG.— Ou bien, les armées de notre roi, ce sont les troupes d'anges, et il est dit que le Seigneur a envoyé ses troupes contre les homicides, parce que c'est par les anges qu'il exerce tous ses jugements sur les hommes. Il perdit ces homicides, car il fit périr les persécuteurs; et il livra aux flammes leur cité, car non-seulement leurs âmes, mais encore les corps dans lesquels les âmes avaient habité, seront livrés aux flammes. — ORIG.— Ou bien, la cité des impies

rex tantum dicitur. ORIG. (ut sup.). Dicant autem qui peccant in Deum, legis et prophetarum, et totius creationis, utrum iste (qui et homo dicitur et iratus proponitur) ipse est Pater Christi. Quod si dixerint hunc ipsum esse, cogendi sunt confiteri quoniam multa in eo secundum passibilem hominum naturam esse dicuntur: non quia ipse passibilis est, sed quia morem gerit passibili naturæ hominum. Et secundum hanc consequentiam suscipere convenit et iram Dei, et pœnitentiam et cætera hujusmodi in prophetis.

Sequitur: Et missis exercitibus, perdidit homicidas illos, etc. HIER. Per hos exercitus, Romanos intelligimus sub duce Vespasiano et Tito, qui occisis Judææ populis, præ-

varicatricem incenderunt civitatem. CHRYS., sup. *Matth.* (in opere imperf., ut sup.). Romanus autem exercitus dicitur exercitus Dei, quia Domini est terra, et plenitudo ejus (*Psal.* 23); nec etiam venissent Romani Hierusalem, nisi eos Dominus excitasset. GRÉG. (ut sup.). Vel angelorum agmina sunt exercitus Regis nostri. Missis ergo exercitibus extinxisse homicidas dicitur, quia in hominibus omne judicium per angelos exercetur. Homicidas ergo perdidit, quia persequentibus interimit; civitatem eorum igni succendit, quia illorum, non solum animæ, sed caro quoque (in qua habitaverant) æterna gehennæ flamma cruciantur. ORIG. (ut sup.). Vel civitas impiorum est secundum unumquodque dogma congregatio eorum, qui

est dans l'une ou dans l'autre supposition la réunion de ceux qui s'unissent par les liens des princes de ce monde (1). Le roi la brûle et la détruit comme composée de mauvais bâtiments.

S. GRÉG. — Mais celui qui a vu mépriser ses invitations ne laissera pas sans personne les noces de son fils : toujours la parole de Dieu trouve où se reposer : « Alors il dit à ses serviteurs. » — ORIG. — C'est-à-dire aux apôtres et aux anges à qui a été confiée la vocation des Gentils. « Les noces sont prêtes. » — RÉMIG. — Tout ce qui concernait le mystère de l'incarnation est déjà fait et consommé. Mais ceux qui avaient été invités ne s'en sont pas montrés dignes ; car, ignorants de la justice de Dieu et cherchant à établir celle qui leur est propre, ils se sont jugés eux-mêmes indignes de la vie éternelle (2). Après cette réprobation du peuple juif, le peuple des Gentils a été reçu au festin des noces. C'est pour cela qu'il est dit : « Allez donc dans les carrefours. » — S. JÉR. — Car les Gentils n'étaient pas dans les routes, mais dans les carrefours. — RÉMIG. — Les carrefours sont une figure des erreurs des Gentils. — S. CHRYS. — Ou bien, les *chemins* sont toutes les professions profanes, comme le métier des armes, l'art de la philosophie et autres. Il leur est donc dit : « Allez dans les carrefours, » pour qu'ils appellent à la foi les hommes de toute condition. En outre, ainsi que la chasteté est un chemin, un chemin qui conduit à Dieu, la fornication est un autre chemin qui conduit au diable, et ainsi de

(1) Il peut être question des démons et de l'idolâtrie, ou bien des princes temporels et des puissances politiques.

(2) Rom., 10, v. 3. Les dernières paroles sont tirées d'un discours de Paul et de Barnabas aux Juifs, où il est dit : « Parce que vous vous jugez indignes de la vie éternelle, voici que nous allons du côté des nations » (Act., 13, v. 46).

conveniunt in sapientia principum hujus seculi : quam succendit rex et exterminat, quasi ex malis ædificationibus consistentem.

GRÉG. (ut sup.). Sed is, qui invitantem se contemni conspicit, filii sui nuptias vacuas non habebit : quandoque enim sermo Dei inventus est ubi requiescat : unde subditur : Tunc ait servis suis. ORIG. (ut sup.). Id est, apostolis aut angelis, qui præpositi erant in vocatione gentium : Nuptiæ quidem parata sunt. RÉMIG. Id est, omne sacramentum humanæ dispensationis jam peractum atque completum est. Sed qui invitati erant (id est, Judæi) non fuerunt digni, quia Dei justitiam ignorantes, et suam statuere volentes, indignos se judicaverunt æternæ vitæ ; reprobo ergo judaico po-

pulo, ad has nuptias gentilis populus est susceptus. Unde sequitur : Ite ergo ad exitus viarum, etc. HIER. Gentilium enim populus non erat in viis, sed in exitibus viarum. RÉMIG. Qui sunt errores Gentilium. CHRYS., sup. *Matth.* (in opere imperf., ut sup.). Vel viæ sunt omnes professiones hujus mundi, ut puta philosophiæ, militiæ, et hujusmodi. Dixit ergo : Ite ad exitus viarum, ut cujuslibet conditionis homines vocent ad fidem. Adhuc, sicut castitas via est quæ ducit ad Deum, sic fornicatio via est quæ ducit ad diabolum ; et sic de aliis virtutibus et vitiis. Jubet ergo ut cujuscunque conversationis vel conditionis homines invitent ad fidem. HILAR. (ut sup.). Per viam etiam tempus seculi intelligendum est ; at-

toutes les autres vertus et vices. Il leur ordonne donc d'appeler à la fois des hommes de toute condition et de toute espèce de mœurs. — S. HIL. — Il faut entendre aussi par le chemin le temps actuel, et il est ordonné d'aller dans les carrefours, parce que la vie éternelle se donne à tous par ce mouvement rétroactif. — S. GRÉG. — Ou bien, la Sainte-Écriture appelle ordinairement les actions *voies*. Par *carrefours*, il faut entendre les actions qui n'aboutissent pas, car presque toujours il n'y a à venir à Dieu que ceux qui n'ont nulle chance dans leurs actions temporelles. — ORIG. — Ou bien, je pense que cette première invitation aux noces était adressée à de certaines âmes intelligentes; car Dieu convie au banquet de la parole divine principalement ceux qui ont le génie le plus facile pour l'intelligence. Mais comme ceux qui sont ainsi doués ne veulent pas d'une semblable invitation, d'autres envoyés leur sont adressés pour les y exciter et pour leur promettre que s'ils viennent ils s'assiéront au banquet que le roi a fait préparer. Mais il faut remarquer qu'ainsi que dans l'ordre temporel autre est l'épouse, autres ceux qui invitent, autres ceux qui sont invités aux noces, ainsi Dieu ici maintient les divers ordres d'âmes, respectant la diversité de leurs motifs et de leurs vertus, de manière que autres sont ceux qui occupent le rang d'épouse, autres les serviteurs qui invitent, autres ceux qui sont invités. Or, ceux qui avaient été invités d'une manière toute spéciale, à la vue des premiers envoyés les ont repoussés comme pauvres d'esprit et ont continué à suivre leur propre raison, y trouvant leurs délices plus que dans ce que le roi leur avait fait promettre par les envoyés. Mais leur crime est plus léger que celui des hommes qui injurièrent et tuèrent les envoyés du roi. Ces derniers sont ceux qui n'ont pas craint d'embar-

que ideo ad exitus viarum jubentur ire, quia omnibus retroacta donatur. GREG. (ut sup.). Vel aliter : in Scriptura sacra vias, actiones accipimus; exitus viarum, intelligimus defectus actionum, quia illi plerumque facile ad Deum veniunt, quos in terrenis actionibus prospera nulla comitantur. ORIG. (ut sup.). Vel aliter : puto hanc primam vocationem fuisse ad nuptias aliquarum ingeniarum animarum : principaliter enim Deus vult venire ad epulationem divini eloquii eos qui ad intelligendum sunt ingeniosiores; et quoniam qui hujusmodi sunt, nolunt ad istam vocationem venire, transmittuntur alii servi, provocantes eos : et promittentes quod si venerint, percipient prandium paratum a

rege : sicut enim in corporalibus alia est quæ nubit sponsa, alii invitatores, alii qui invitantur ad nuptias, sic Deus scit diversos ordines animarum, earumque virtutes et causas; ob quas hi quidem in constitutione sponsæ accipiuntur, alii in ordine servorum vocantium, alii in numero invitatorum ad nuptias. Sed qui principaliter quidem fuerant invitati, primos invitatores (quasi pauperes sensu) neglexerunt, et abierunt sua sequentes; in quibus magis sunt delectati, quam in his quæ rex per servos suos promittebat; sed hi leviores sunt his qui servis transmissis injuriantur, et interficiunt; qui scilicet præparatione contentiosorum verborum ausi sunt tenuisse servos missos, qui

rasser dans leurs difficultés préparées avec soin les envoyés qui n'étaient point prêts à résoudre ces objections perfides, et les ont ensuite accablés d'outrages et même quelquefois tués.

Dei ; nisi forte quis et hoc moraliter intelligat, secundum illud quod dicitur : Tu autem ibis ad patres tuos : item, appositus est ad populum suum. Dicet autem aliquis : Ideo eos increpabat, quia non legebant cæteras Scripturas, quæ sunt extra legem ; et ideo errabant. Alius autem dicit quod nesciebant mosaicoe legis Scripturas ; ex eo quod divinum sensum earum non scrutabantur. CHRYS., *super Matth.* (in opere imperf., ut sup.). Vel quod dicit : In resurrectione neque nubent neque nubentur, etc. retulit ad hoc quod dixerat : Nescitis virtutem Dei, quod autem dixit : Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob, ad illud quod dixerat : Nescitis Scripturas.

Et quidem calumniatoribus primum oportet in aliqua quæstione auctoritatem Scripturæ proferre, deinde rationem exponere ; interrogantibus autem per ignorantiam prius rationem exponamus, postea auctoritate confirmemus ; quoniam calumniatores convincere oportet, interrogatores autem docere : ideo his interrogantibus per ignorantiam, prius rationem exposuit, dicens : In resurrectione. HIER. In hoc autem quod dicit : Neque nubent neque nubentur, latina consuetudo græco idiomati non respondet : nubere enim apud Latinos proprie dicuntur mulieres, sed nos simpliciter dictum intelligamus quod nubere de viris, et nubi de mulieribus dictum sit. CHRYS.,

le sens des femmes qui se marient. — S. CHRYS. — L'on se marie dans cette vie parce que l'on y naît et l'on y meurt, et que ceux qui naissent doivent remplacer ceux qui meurent. Là il n'y a plus de raison de mort où il n'y a plus de principe de naissance.

S. HIL. — Il suffisait, en ce qui concerne les sadducéens, d'avoir détruit leur vaine opinion de volupté corporelle et de ces joies du corps arrivant après la cessation des devoirs; mais il ajoute : « Ils sont comme les anges de Dieu dans le ciel. » — S. CHRYS. — Ces mots sont une réponse suffisante à leur question; car, s'ils admettaient qu'il n'y avait pas de résurrection des corps, c'est qu'ils pensaient que la condition des hommes ressuscités serait la même que celle de cette vie. C'est cette supposition qu'il éloigne, en montrant que l'état des hommes ne sera pas le même. — S. CHRYS. — Il est à remarquer qu'il n'a jamais produit cette comparaison des anges, lorsqu'il s'est agi de jeûnes, d'aumônes, ou d'autres vertus spirituelles. Ce n'est que lorsqu'il s'agit de l'exemption du lien matrimonial; car, ainsi que tous les actes charnels, et principalement ceux de la volupté, sont des actes d'animaux, ainsi toutes les vertus sont choses angéliques, et principalement la chasteté, qui n'est que la victoire des vertus sur la nature. — S. JÉR. — Ce qui est ajouté plus bas : « Mais ils sont comme les anges de Dieu dans le ciel, » est une promesse de la vie spirituelle. — S. DENYS. — Alors, lorsque nous serons incorruptibles et immortels, nous serons rassasiés par les chastes contemplations de Dieu nous apparaissant. Par le don de la lumière intelligible, à l'instar de toutes les intelligences surcélestes, nous entrerons en participation de l'in-

*super Matth.* (in opere imperf., ut sup.). In hoc quidem seculo quia morimur, ideo nascimur; ideo uxores duximus; ut quod moriendo minuitur, nascendo suppleatur: ibi autem moriendi necessitas tollitur; unde et nascendi causa soluta est.

FILAR. (can. 23, in *Matth.*). Et quidem suffecerat adversus sadducæos opinionem illecebræ corporeæ recidisse, et officiis cessantibus inania hæc corporum gaudia sustulisse; sed adjecit: Sunt sicut angeli Dei in cælo. CHRYS., in homil. (78, ut sup.). Per quod ad interrogatum convenienter respondet. Quia enim hæc erat eis causa æstimandi resurrectionem non esse, quia credebant eandem fore resurgentium conditionem, hanc causam removet, ostendens eos alterius conditionis futuros. CHRYS., *super Matth.* (in opere imperf., ut sup.).

Notandum vero quod cum de jejuniis et eleemosynis cæterisque virtutibus spiritualibus locutus fuit, nunquam angelorum similitudinem introduxit; nisi cum de absolute a coitu loqueretur; quoniam sicut omnes actus carnales opera sunt animalium (præcipue tamen actus libidinis), sic omnes virtutes sunt res angelicæ, præcipue tamen castitas, per quam vincitur natura virtutibus. HIER. Quod ergo inferitur: Sed sunt sicut angeli Dei in cælo, spiritalis conversatio repromittitur. DION. (*De div. nom.*, cap. 1). Tunc enim quando incorruptibiles et immortales erimus, visibili quidem ipsius Dei apparitione in castissimis contemplationibus adimplebimur; intelligibilis autem luminis datione participabimus in impassibili et immateriali mente, secundum imitationem supercoeles-

telligence impassible et immatérielle, et c'est ce que veulent dire ces mots : « Nous serons égaux aux anges » (1).

S. HIL. — La même question calomniatrice que les sadducéens posèrent à propos du mariage, quelques-uns ont l'habitude de la faire à propos de la forme que la femme revêtira à la résurrection; mais tout ce que l'Écriture nous enseigne sur la nature angélique, il faut que nous le pensions aussi de notre nature après la résurrection en la personne des femmes. — S. AUG. — Mais je préfère le sentiment de ceux qui prétendent et qui ne doutent nullement que les deux sexes ne ressuscitent parfaitement distincts. Là il n'y aura plus cette luxure qui engendre la honte. En effet, avant qu'ils eussent péché, l'homme et la femme étaient nus; et malgré qu'il n'y eût alors ni union conjugale ni enfantement, il y avait distinction de nature. Cependant les membres de la femme n'auront plus leur ancienne aptitude qui les distinguait en cette vie, et cette aptitude sera remplacée par une beauté nouvelle qui n'éveillera plus la concupiscence, la concupiscence n'existant plus, mais qui fera louer la sagesse et la clémence divines qui ont fait ce qui n'existait pas auparavant et ont délivré de la corruption ce qu'elles avaient créé. — S. JÉR. — Personne ne dit ni des arbres ni des pierres, qui n'ont pas les membres distinctifs du sexe, qu'ils *ne se marient ni ne sont mariés*; mais on le dit de ceux qui, alors qu'ils pourraient se marier, sont éloignés du mariage par une raison quelconque. — RAB. — Après avoir parlé de ces circonstances de la résurrection, il revient à sa proposition principale, et il établit d'une manière satisfaisante le dogme de la résurrection contre leur incrédulité.

(1) Luc, 20, v. 36.

tium mentium : propter quod dicitur quod erimus angelis æquales.

HILAR. (can. 23, ut sup.). Eandem autem calumniam quam sadducæi afferunt de conjugio, afferre plures solent, in quam formam muliebris sexus resurgat : sed qualis in Scripturis auctoritas est de angelis opinandi, talem in resurrectione speciei nostræ sensum oportet esse de feminis. AUG., 22, *De civit. Dei.* (cap. 17). Sed mihi melius videntur sapere, qui utrumque sexum resurrecturum esse non dubitant : non enim libido ibi erit, quæ confusionis causa est : nam priusquam peccassent, nudi erant; natura autem servabitur, quæ tunc quidem et a concubitu et

a partu immunis erit : erunt tamen membra feminea non accommodata usui veteri, sed decori novo; quo non alliciatur aspicientis concupiscentia (quæ nulla erit), sed Dei laudetur sapientia atque clementia, qui et quod non erat fecit, et liberavit a corruptione quod fecit. HIER. Nemo enim dicit de lapide et arbore, et his rebus quæ non habent membra genitalia, quod non nubent neque nubentur : sed de his qui cum possint nubere, tamen aliqua ratione non nubent. RAB. Hæc autem quæ dicta sunt de resurrectionis conditionibus, propositæ reddidit quæstioni : de ipsa vero resurrectione contra eorum infidelitatem convenienter loquitur.

S. CHRYS. — Et parce qu'ils avaient dans leur question mis Moïse en avant, il les réfute par Moïse : « Sur la résurrection des morts, vous n'avez donc pas lu : Je suis le Dieu d'Abraham ? etc. » — S. JÉR. — Il aurait pu, pour prouver la résurrection, se servir de passages encore plus clairs, tels que celui-ci : « Les morts ressusciteront, et ceux qui sont dans le tombeau se lèveront. » Et ailleurs : « Plusieurs de ceux qui dorment se lèveront de la poussière. » L'on se demande pourquoi le Seigneur a choisi ce passage, qui paraît douteux, ou du moins ne prouvant pas assez directement le fait de la résurrection, et pourquoi il a ajouté aussitôt après cette citation, comme si elle avait été tout-à-fait concluante : « Il n'est pas le Dieu des morts, mais le Dieu des vivants. » Or, nous avons dit plus haut que les sadducéens n'admettaient ni la nature angélique, ni l'existence des esprits, ni la résurrection des morts, et qu'ils admettaient la mort des âmes. Ils repoussaient aussi l'inspiration des prophètes, et ne recevaient que les cinq livres de Moïse. Il eût été insensé de puiser des preuves à des sources qu'ils repoussaient. C'est donc à Moïse (1) qu'il emprunte ces paroles, pour prouver l'immortalité de l'âme. Après cette citation, il ajoute immédiatement : « Or, Dieu n'est pas le Dieu des morts, mais celui des vivants, » paroles qui prouvent la permanence des âmes après la mort; car Dieu ne pouvait pas être leur Dieu si elles n'existaient aucunement; elles prouvent conséquemment celle des corps qui ont partagé avec les âmes les bonnes et les mauvaises actions. — S. CHRYS. — Mais comment est-il dit ailleurs : « Pour être le Seigneur des vivants et des morts » (2)? C'est que ces deux passages ne se res-

(1) Dans l'Exode qui est le 2<sup>e</sup> livre de Moïse, c. 3, v. 6.

(2) « Le Christ est mort et ressuscité pour être le Seigneur des vivants et des morts (Rom., 14, v. 9).

CHRYS., in homil. (71, ut sup.). Et quia illi interrogando Moysen præmiserant, per Moysen eos confutat : unde subdit : De resurrectione autem mortuorum non legistis : Ego sum Deus Abraham ? etc. HIER. Ad comprobendam resurrectionis veritatem multis aliis exemplis manifestioribus uti potuit, ex quibus est illud (Esaiæ, 26) : Resuscitabuntur mortui, et resurgent qui in monumentis sunt ; et in alio loco (Daniel, 12) : Multi dormientium de terræ pulvere resurgent. Quæritur ergo quid sibi voluerit Dominus hoc proferre testimonium quod videtur ambiguum, vel non satis ad resurrectionis pertinens veri-

tatem ; et quasi hoc prolato probaverit quod volebat, statim intulerit : Non est Deus mortuorum, sed viventium. Supra diximus autem sadducæos, nec angelum, nec spiritum, nec resurrectionem corporum confitentis, et animarum quoque interitum prædicasse. Hi quinque tantum libros Moysi recipiebant, prophetarum vaticinia respicientes : stultum autem erat inde proferre testimonia, cujus auctoritatem non sequebantur. Porro ad æternitatem animarum probandam de Moyse ponit exemplum : Ego sum Deus Abraham, etc., statimque iufert : Non est Deus mortuorum, sed viventium ; ut cum probaverit animas per-

semblent pas, le Seigneur étant dit ici avoir la domination des morts qui un jour recouvreront la vie, et non pas des morts qui disparaîtraient et ne ressusciteraient jamais plus.

S. HIL. (1). — Il faut remarquer aussi que ces paroles avaient été adressées à Moïse, au moment où les patriarches qui y sont nommés étaient déjà dans le repos, et c'était d'eux que Dieu était dit le Dieu. Or, que peut avoir celui qui n'existe pas? Il est dans la nature d'une chose qu'elle existe pour qu'une autre chose lui appartienne. Ainsi, il n'y a que les vivants qui puissent avoir un Dieu, d'autant plus que Dieu est l'éternité, et que des morts ne peuvent avoir ce qui est éternel. Comment pouvait-on nier qu'ils doivent exister éternellement ceux à qui l'éternité déclare elle-même appartenir?—ORIG.— C'est Dieu lui-même qui dit aussi de lui : « Je suis celui qui suis. » Il est donc impossible que Dieu se dise le Dieu de ceux qui ne seraient pas. Et remarquez qu'il ne dit pas : « Je suis le Dieu d'Abraham, d'Isaac et de Jacob, » mais « le Dieu d'Abraham, le Dieu d'Isaac, le Dieu de Jacob. » Dans un autre passage, il est dit : « Le Dieu des Hébreux m'envoie vers vous. » Ceux qui sont parfaits vis-à-vis de Dieu ont en eux tout Dieu, en comparaison des autres humains, et c'est pour cela que Dieu n'est pas appelé le Dieu des autres, mais leur Dieu. C'est ainsi que si nous disons : « Ce champ leur appartient, » nous exprimons que chacun de ceux que nous désignons ainsi a un droit sur ce champ, tandis qu'en disant : « Ce champ est à cet homme, » nous exprimons qu'il le possède.

(1) C'est à tort que cette citation était donnée comme de saint Jérôme.

manere post mortem (neque enim poterat fieri ut eorum esset Deus qui nequaquam subsisterent), consequenter introduceretur et corporum resurrectio quæ cum animabus bona malaque gesserunt. CHRYS. (in homil. 71, ut sup.). Sed qualiter alibi ait : Ut vivorum et mortuorum dominetur? Sed hoc non est simile ei quod hio dicitur : mortuorum enim ibi dicitur esse Dominus (eorum scilicet qui victuri sunt), non autem eorum qui semel disparuerunt, et ultra non resurgunt.

HILAR. (can. 23, ut sup.). Considerandum etiam quod sermo hic ad Moysen factus fuerat, sanctis patriarchis jam pridem quiescentibus : erant ergo quorum Deus erat : nihil enim habere poterant, si non erant; quia in natura rei est, ut esse id necesse sit, cujus sit alterum; atque ita

habere Deum, viventium est; cum Deus æternitas sit (et non sit eorum quæ mortua sunt, habere id quod æternum est). Et quomodo esse illi futurique semper negabuntur, quorum se esse profiteatur æternitas? ORIG. (ut sup.). Deus etiam est qui dicit (*Exod.*, 3) : Ego sum qui sum. Sic ergo impossibile est ut dicatur eorum Deus esse qui non sunt. Et vide quia non dixit : Ego sum Deus Abraham, Isaac et Jacob, sed, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob : in alio autem loco sic dixit (*Exod.*, 7) : Deus Hebræorum misit me ad te. Qui enim perfectissime sunt circa Deum, quantum ad comparationem cæterorum hominum, totum habent Deum in se : propterea, non communiter, sed singulariter dicitur eorum Deus : ut puta si dicamus : Ager ille illorum est, ostendimus quod unusquisque



tout entier : Donc, cette expression : « Le Dieu des Hébreux, » montre l'imperfection des Juifs, chacun d'eux ne possédant Dieu qu'imparfaitement ; tandis que celle-ci : « Le Dieu d'Abraham, le Dieu d'Isaac, le Dieu de Jacob, » annonce que chacun d'eux possède tout Dieu. Ce n'est point là une faible part de la gloire des patriarches que de vivre de Dieu. — S. AUG. — On peut très bien réfuter les manichéens par la même parole par laquelle Jésus-Christ réfute les sadducéens ; car ils nient eux aussi la résurrection des morts, quoique par une voie différente. — S. AUG. — Dieu est appelé spécialement le *Dieu d'Abraham, d'Isaac et de Jacob*, parce que chacun d'eux représente une des manières diverses dont Dieu se donne des enfants. Il arrive souvent que Dieu engendre un enfant bon par un bon prédicateur, et un mauvais par un mauvais ; et cela est signifié par Abraham, qui eut Isaac, fidèle enfant, de Sara, épouse libre, et l'infidèle Ismaël, d'Agar, la servante. Souvent, il engendre par un bon prédicateur un bon et un méchant fils, et cela est signifié par Isaac, qui eut de son épouse libre Rebecca Jacob, le bon, et Esau, le méchant. Quelquefois il engendre des fils fidèles par un bon et par un mauvais prédicateur, et cela fut signifié par Jacob, qui eut des enfants fidèles (1), et de ses épouses libres Lia et Rachel, et des servantes Zelpha et Bala. — S. CHRYS. — Et remarquez combien est faible l'attaque des Juifs contre Jésus ; la première fut cette question accompagnée de terreur : « Par le pouvoir de qui faites-vous ceci ? » Il fallut pour la repousser de la force d'âme. La seconde question se présenta avec ruse, et il fallut

(1) De Lia : Ruben, Siméon, Lévi, Issachar, Juda et Zabulon ; de Rachel : Joseph et Benjamin ; de Zelpha, servante de Lia : Gad et Aser ; de Bala, servante de Rachel : Dan et Nephthali (Gen., 29, 30 et 35).

eorum non habet eum in toto ; si autem dicimus quod ager ille illius est, demonstramus quia totum agrum possidet ille : ubi ergo dicitur : Deus Hebræorum, imperfectio demonstratur eorum ; quia unusquisque eorum aliquid modicum de Deo habebat. Dicitur autem Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob, quia singuli eorum totum habebant Deum ; non autem ad modicam laudem respicit patriarcharum, quod Deo vivebant. AUG., *contra Faust.* [lib. 16, cap. 24]. Opportune itaque eadem voce nunc convincuntur manichæi, qua tunc convicti sunt sadducæi : nam et ipsam resurrectionem alio quidem modo, sed tamen ipsi negant. AUG., *super Joan.* (tract.,

11). Ideo autem specialiter Deus Abraham, Deus Isaac et Deus Jacob dicitur, quia in istis tribus omnes modi generationis filiorum Dei vocantur : generat enim Deus multoties de bono prædicatore bonum filium, et de malo malum ; quod significatur per Abraham, qui de libera uxore (Sara) fidelem filium habuit (Isaac), et de ancilla (Agar) infidelem genuit (Ismaelem). Aliquando vero generat per bonum prædicatorem, bonum et malum filium ; quod significantur in Isaac, qui de libera (Rebecca) unum bonum (Jacob), et alterum malum (Esau) generavit. Aliquando generat bonos per bonum et malum prædicatorem ; quod significatur per Jacob, qui bonos filios

contre elle une sagesse clairvoyante; mais celle-ci fut la plus facile à détruire, car elle était accompagnée de présomption et d'ignorance. Il est facile à un homme qui sait de répondre à un présomptueux qui ne sait pas. C'est ainsi que la marche de l'ennemi est tout d'abord redoutable; mais celui qui l'attendra de pied ferme se trouvera supérieur à l'ennemi.

« Et entendant cela, les foules étaient dans l'admiration. » — RÉMIG. — Ce ne sont point les sadducéens, mais la foule qui admire. C'est ce qui arrive tous les jours dans l'Église, la foule des fidèles étant dans la joie, lorsque les adversaires de l'Église sont vaincus par l'inspiration divine.

*Mais les pharisiens, ayant appris qu'il avait imposé silence aux sadducéens, s'assemblèrent; et l'un d'eux, qui était docteur de la loi, le tenta, en lui faisant cette question : Maître, quel est le grand commandement de la loi? Jésus lui répondit : Vous aimerez le Seigneur votre Dieu de tout votre cœur, de toute votre âme et de tout votre esprit. C'est là le plus grand et le premier commandement. Et voici le second qui est semblable à celui-là : Vous aimerez votre prochain comme vous-même. Toute la loi et les prophètes sont renfermés dans ces deux commandements.*

S. JÉR. — Les pharisiens se voyant réfutés dans cette épreuve du denier, et voyant que la tentative de leurs adversaires avait aussi échoué, auraient dû en recevoir cette impression qu'ils ne devaient plus tendre des embûches; mais la malveillance et la jalousie sont un aliment de l'effronterie. « Les pharisiens ayant appris, etc. » — ORIG. — En fer-

genuit, et de liberis (Lia et Rachel), et de ancillis (Zelpha et Bala). CHRYS., *super Matth.* (in opere imperf., ut sup.). Et vide quomodo sit infirmior congressio Judæorum contra Christum : prima fuit cum terrore dicendo : In qua potestate hæc facis? Contra quam necessaria fuit constantia cordis; secunda fuit cum dolo; contra quam necessaria fuit acuta sapientia; hæc autem fuit cum præsumptione ignara quæ præcedentibus faciliior est : hominem enim putantem se aliquid scire, cum nesciat, viro scienti facile est convincere : sic et operatio inimici in primis gravis est; sed si quis forti animo sustinuerit, inveniet eum infirmiore.

Sequitur : Et audientes turbæ mirabantur, etc. RÉMIG. Non quidem sadducæi, sed turbæ mirantur. Hoc etiam quotidie

agitur in Ecclesia : cum enim divina inspiratione adversarii Ecclesiæ superantur, turbæ fidelium lætantur.

*Pharisæi autem audientes quod silentium imposuisset sadducæis, convenerunt in unum; et interrogavit eum unus ex legis doctor, tentans eum : Magister, quod est mandatum magnum in lege? At illi Jesus : Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua : hoc est maximum et primum mandatum; secundum autem simile est huic : Diliges proximum tuum sicut teipsum; in his duobus mandatis universa lex pendet et prophetæ.*

HIER. Quia supra pharisæi in ostensione denarii fuerant confutati, et adversæ partis

mant la bouche aux sadducéens, le Sauveur avait voulu montrer que l'éclat de la vérité ferme la bouche au mensonge. Ainsi que c'est le propre du juste de se taire lorsque c'est le moment de se taire, et de parler lorsqu'il faut parler, mais jamais de se laisser intimider, ainsi c'est le propre des docteurs de mensonge de se laisser intimider quant à la vérité, mais non pas de se taire d'eux-mêmes.

S. JÉR. — Les sadducéens et les pharisiens, qui sont divisés entre eux, se sont donc concertés pour tenter Jésus. — S. CHRYS. — Ou bien, les pharisiens se réunissent tous ensemble pour accabler de leur nombre celui qu'ils n'avaient pu vaincre par leurs raisons, et en s'armant de la multitude ils se montrèrent dépouillés de vérité ; ils se disaient entre eux : « Qu'un seul parle pour nous tous, et nous parlerons tous par sa bouche, de telle sorte que s'il triomphe nous paraissions avoir triomphé, et que s'il est réfuté il en ait seul la confusion. » C'est ce qui est exprimé en ces termes : « Et un docteur de la loi venant à l'interroger, etc. » — ORIG. — Nous devons regarder comme frère du pharisien celui qui interroge un des docteurs, non dans le but d'apprendre, mais pour le tenter. Le Seigneur n'a-t-il pas dit : « Ce que vous faites au moindre de ceux-ci, vous me le faites » (1) ?

S. AUG.—Ne vous étonnez pas de ce que Matthieu présente ce docteur de la loi comme s'approchant du Seigneur pour le tenter, alors que Marc, qui ne fait pas cette réflexion, ajoute à la fin ces paroles du Sauveur :

[1] Ceci est pris dans un sens analogique, car les paroles du Sauveur doivent s'entendre des pauvres.

viderant factionem subrutam, debuerant ex hoc moveri ne ultra molirentur insidias, sed malevolentia et livor nutrit impudentiam : unde dicitur : Pharisei autem audientes quod silentium, etc. ORIG. (tract. 23, in Matth.). Silentium autem sadducæis imposuit Jesus, volens ostendere quoniam mendacii vocem obmutescere facit claritas veritatis : sicut enim proprium justi est tacere cum sit tempus tacendi, et loqui cum sit tempus loquendi, non tamen obmutescere : sic proprium est omnium qui mendacii sunt doctores, obmutescere quidem quantum ad rem, autem non tacere.

HIER. Pharisei ergo et sadducæi qui inter se contrarii sunt, ad tentandum Jesum pari mente consentiunt. CHRYS., sup. Matth. (in opere imperf., ut sup.). Vel convenerunt in unum pharisei, ut multitudine

vincerent, quem rationibus superare non poterant ; a veritate se nudos professi sunt, qui multitudine se armaverunt : dicebant enim apud se : Unus loquatur pro omnibus, et omnes loquamur per unum ; ut si quidem vicerit ; omnes videamur vicisse ; si autem convictus fuerit, vel solus videatur confusus : et ideo sequitur : Et interrogavit eum unus, etc. ORIG. (ut sup.). Omnem ergo qui, non discendi sed tentandi causa interrogat aliquem doctorum, æstimare debemus illius pharisei fratrem, secundum illud (Matth., 25) : Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

AUG., De cons. Evang. (lib. 2, cap. 73). Non moveat autem quod Matthæus hic dicit tentantem fuisse a quo Dominus Jesus interrogatus est : Marcus autem hoc tacet, et in fine ita concludit (cap. 13) quod ei

« Vous n'êtes pas loin du royaume de Dieu. » Il est possible qu'après s'être présenté avec l'intention de le tenter, il ait été corrigé par la réponse du Sauveur. Ou bien, il faudrait prendre le mot tentation (1), non pas dans son sens mauvais, dans le sens de quelqu'un qui veut tromper un ennemi, mais dans le sens d'un homme qui veut en éprouver un autre qu'il ne connaît pas encore; car ce n'est pas sans raison qu'il est écrit : « Il est léger de cœur celui qui croit facilement. » Mais voici la question : « Maître, quel est le grand commandement de la loi? » — ORIG. — C'est pour le tenter qu'il l'appelait maître, et non pas comme étant son disciple. Donc celui qui ne veut pas être l'élève du Verbe, et qui ne se donne pas à lui de tout son cœur, et qui cependant l'appelle *maître*, celui-là est frère du pharisien qui tentait Jésus. Or, il est probable qu'avant l'avènement du Sauveur, et lorsqu'on lisait la loi, on posait cette question : Quel en est le grand commandement? Le pharisien n'aurait pas fait cette question à Jésus, si elle n'avait pas été parmi eux l'objet de longues discussions, et si avant lui on en avait trouvé la solution. — S. CHRYS. — Il questionnait sur le grand commandement, lui qui n'observait même pas le plus petit, tandis qu'il ne devrait y avoir à questionner sur une justice supérieure que celui qui a accompli déjà celle qui est au-dessous. — S. JÉR. — Ou bien, sa question ne porte pas sur la distinction des commandements, mais sur ce seul point : Quel est le premier et le grand commandement? parce que tout ce que Dieu a ordonné étant

(1) Dans les éditions de Paris et d'Anvers, le nom de l'apôtre saint Jacques était mêlé à cette citation, mais on ne voit pas trop comment, car voici les paroles de cet apôtre : « Dieu ne tente pas les méchants; il ne tente personne lui-même » (1 Jacques, 1, v. 13).

Dominus sapienter respondenti dixerit : Non longe es a regno Dei : fieri enim potest ut quamvis tentans accesserit, Domini tamen responsione correctus sit. Aut certe ipsam tentationem non accipiamus malam, tanquam decipere volentis inimicum; sed causam potius, tanquam experiri amplius volentis ignotum : neque frustra scriptum est (*Eccles.*, 19) : Qui facile credit, levis est corde. Quid autem interroget, subditur : Magister, quod est mandatum magnum in lege? ORIG. (ut sup.). Tentans dicebat, Magister, quoniam non in quantum discipulus Christi proferebat hanc vocem. Si quis ergo non discit aliquid a Verbo, nec tradit se ei ex toto animo suo, dicit autem ei, Magister, frater pha-

rissi est Christum tentantis : cum ergo ante Salvatoris adventum legeretur lex, forsitan quærebatur quod est mandatum magnum in ea : neque enim interrogasset hoc pharisæus, nisi diu apud illos de hoc quæsitum fuisset, et non inventum, donec veniens Jesus hoc doceret. CHRYS., *sup. Matth.* (in opere imperf., ut sup.). De magno tamen mandato interrogabat, qui nec minimum observabat : ille debet interrogare de majore justitia, qui jam minorem complevit. HIER. Vel non de mandatis interrogat, sed quod sit primum mandatum magnumque : ut cum omnia quæ Deus mandaverit magna sint, quicquid ille respondeat, occasionem habeat calumniandi.

CHRYS., *sup. Matth.* (in opere imperf., ut

grand, il aura, quoi que réponde le Seigneur, occasion de le calomnier.

S. CHRYS. — Le Seigneur lui répondit de manière à ébranler par ses premières paroles sa feinte conviction en la question qu'il venait de faire : « Jésus lui dit : Vous aimerez le Seigneur votre Dieu. Vous aimerez, dit-il, et non pas vous craindrez, » car aimer est plus que craindre : aimer est le sentiment des enfants, craindre celui des esclaves ; la crainte est sous la coaction, l'amour dans la liberté ; celui qui sert Dieu dans la crainte évite la peine, il est vrai, mais il ne reçoit pas la récompense de la justice, car il fait le bien malgré lui et par crainte. Dieu ne veut pas être craint servilement par les hommes ainsi qu'un maître, mais aimé par eux comme un père, lui qui leur a donné l'esprit d'adoption. Or, aimer Dieu de tout votre cœur, c'est avoir un cœur qui ne soit pas plus incliné vers un autre objet que vers Dieu ; l'aimer de toute son âme, c'est avoir un esprit tout-à-fait ferme dans la vérité, et stable dans la foi ; car autre chose est l'amour du cœur, autre chose l'amour de l'âme. L'amour du cœur est en quelque sorte charnel, de telle manière que Dieu lui-même nous l'aimons d'une manière charnelle, ce que nous ne pouvons faire qu'en retirant notre cœur à l'amour des choses mondaines. C'est ainsi que l'amour du cœur est senti dans le cœur, tandis que l'amour de l'âme ne se sent pas, mais se comprend, gisant dans le jugement de l'âme. Celui qui croit qu'en Dieu se trouve tout bien, et qu'en dehors de lui il n'est aucun bien, celui-là aime Dieu dans toute son âme. Aimer Dieu de tout son esprit, c'est mettre tous ses sens au service de Dieu. Tel est l'amour de celui dont l'intelligence sert Dieu, dont la sagesse ne

sup.). Dominus autem sic ei respondit ut interrogationis ejus fictam conscientiam statim primo responso percuteret. Unde sequitur : Ait illi Jesus : Diliges Dominum Deum tuum, etc. Diliges, inquit, non, timebis, quia diligere majus est quam timere : timere enim servorum est, diligere filiorum ; timor sub necessitate est, dilectio in libertate ; qui in timore servit Deo, pœnam quidem evadit, mercedem vero justitiæ non habet, quia invitus facit bonum propter timorem. Non vult ergo Deus ut timeatur serviliter ab hominibus quasi dominus, sed ut diligatur quasi pater, qui adoptionis spiritum donavit hominibus ; diligere autem Deum ex toto corde, est, ut cor tuum non sit inclinatum ad alicujus rei dilectionem

magis quam Dei ; diligere autem Deum in tota anima, est certissimum animum habere in veritate, et firmum esse in fide ; alius est enim amor cordis, et alius est amor animæ : amor cordis quodammodo carnalis est, ut etiam carnaliter diligamus Deum, quod facere non possumus, nisi recedamus ab amore mundialium rerum : cordis ergo amor sentitur in corde ; amor vero animæ non sentitur ; sed intelligitur ; quia in judicio animæ consistit ; qui enim credit apud Deum esse omne bonum, et nihil boni esse extra ipsum, hic diligit eum in tota anima : tota vero mente diligere Deum, est, ut omnes sensus Deo vacent, cujus enim intellectus Deo ministrat, cujus sapientiæ circa Deum est, cujus cogitatio ea quæ Dei

roule qu'autour de Dieu, dont la pensée ne s'occupe que des choses de Dieu, dont la mémoire consacre tous ses souvenirs à ses bienfaits. — S. AUG. — Ou bien, il vous est ordonné d'aimer Dieu de tout votre cœur, afin que vous lui consacriez toutes vos pensées; de toute votre âme, pour que vous lui rapportiez toute votre vie; de tout votre esprit, afin que vous fassiez converger vers lui toute votre intelligence, vers lui de qui vous avez reçu tout ce que vous avez. C'est ainsi qu'il n'a laissé vide aucune partie de notre vie, et qu'il ne nous a pas laissé la possibilité de nous livrer à la jouissance d'autre chose. Mais tout ce qui se présentera à l'amour de l'âme, qu'elle l'entraîne vers le lieu où le courant la porte, car l'homme n'atteint la plus haute bonté qu'au moment où toute sa vie converge vers le bien immuable. — LA GLOSE. — Ou bien, de tout votre cœur, c'est-à-dire de toute votre intelligence; de toute votre âme, c'est-à-dire de toute votre volonté; de tout votre esprit, c'est-à-dire de toute votre mémoire, afin que vous ne veuillez pas autre chose que Dieu, que vous ne sentiez que lui, que vous ne vous rappeliez que de lui. — ORIG. — Ou bien, de tout votre cœur, c'est-à-dire selon toute l'étendue de votre souvenir, de votre action, de votre pensée; de toute votre âme, c'est-à-dire que vous soyez prêt à l'abandonner pour l'amour de Dieu (1); de tout votre esprit, en n'exprimant rien de ce qui a rapport à l'amour divin. Voyez à comprendre, si vous le pouvez, comment l'on doit prendre le cœur pour cette intelligence que nous avons des choses intelligibles; et par l'esprit, ce qui en nous exprime toutes choses, car c'est par l'esprit que nous les exprimons et que nous nous promenons, pour ainsi dire, au milieu des expressions diverses des réalités.

(1) Le mot grec *θεοσέβεια* signifie plutôt *culte de Dieu*.

---

<p>sunt tractat, cujus memoria quæ bona sunt recordatur, tota mente diligit Deum. AUG., <i>De doctr. Christia.</i> (lib. 1, cap. 22). Vel aliter : Deum ex toto corde diligere præcipis, ut omnes cogitationes tuas; ex tota anima, ut omnem vitam tuam; ex tota mente tua, ut omnem intellectum tuum in illum conferas, a quo habes ea quæ confers. Nullam ergo vitæ nostræ partem reliquit quæ vacare debeat, et quasi locum dare ut alia re velit frui. Sed quicquid aliud diligendum venerit in animum, illuc rapiatur, quo totus dilectionis impetus currit : tunc enim est optimus homo, cum tota vita</p>	<p>sua pergit in incommutabile bonum. GLOS. (interlin.). Vel ex toto corde, id est, intellectu; anima, id est, voluntate; mente, id est, memoria; ut nihil ei contrarium velis, sentias, aut recorderis. ORIG. (ut sup.). Vel aliter : ex toto corde, id est, secundum totam recordationem, et operationem, et cogitationem; ex tota anima, id est, ut parati sint eam ponere pro pietate Dei; in tota mente, nihil aliud scilicet proferentes, nisi quæ Dei sunt. Et vide si potes cor quidem accipere pro intellectu, quo intelligibilia speculamur; mentem autem ad proferendas res : mente enim proferimus</p>
--	--

Si le Seigneur n'avait pas répondu au pharisien qui le tentait, nous aurions pu penser qu'il n'y avait pas de commandement qui l'emportât sur l'autre; mais le Seigneur a répondu : « Tel est le premier et le plus grand commandement. » C'est là ce qui nous donne cette appréciation certaine sur les commandements, qu'il y en a un grand, et d'inférieurs et de plus petits (1). Le Seigneur répond non-seulement que c'est là le grand commandement, mais encore que c'est le premier, non pas par ordre de rédaction, mais par sa dignité et par son mérite. Il n'y a à recevoir en eux la grandeur et la puissance de ce commandement que ceux qui non-seulement aiment le Seigneur leur Dieu, mais qui y joignent ces trois conditions, de l'aimer de tout leur cœur, etc., etc. Or, le Seigneur nous enseigne non-seulement qu'il y en a un grand et premier, mais encore qu'il en est un second semblable à ce premier : « Le second est semblable à ce premier : Vous aimerez le prochain comme vous-même. » S'il est vrai que celui qui hait l'injustice déteste son âme, il est clair que, ne s'aimant pas lui-même, il se trouve aimer le prochain comme lui-même. — S. AUG. — Il est évident que par le prochain il faut entendre tout homme, car il n'y a personne à qui il nous soit permis de faire du mal. Or, s'il est vrai que tout homme à qui nous devons les bons offices et qui nous les doit réciproquement est appelé avec raison prochain, il est incontestable que le commandement qui nous oblige à aimer notre prochain comme nous-mêmes s'étend jusqu'aux anges, qui nous rendent autant de bons offices qu'il est facile

(1) « Celui qui manquera à un des plus petits » [Matth., 5, v. 19].

singulas res; et per unumquodque quod significatur, quasi mente nostra inambulamus atque proferimus.

Si autem tentanti pharisæo Dominus non respondisset, æstimare possumus non esse unum mandatum majus altero : sed Dominus respondens subdit : Hoc est maximum et primum mandatum : ubi discimus sententiam necessariam de mandatis, quod et est magnum, et sunt inferiora usque ad minima. Respondet autem Dominus, non solum quod est magnum mandatum, sed etiam primum; non pro ordine Scripturæ, sed pro dignitate virtutis. Hi autem soli hujus mandati in se suscipiunt magnitudinem et primatum, qui non solum diligunt Dominum Deum suum, sed etiam illa tria suscipiunt, scilicet, ex toto corde, etc.

Docuit autem quod non solum est magnum et primum, sed etiam quod esset secundum simile priori : unde sequitur : Secundum autem simile est huic : Diliges proximum tuum sicut teipsum. Si autem qui diligit iniquitatem, odit animam suam (*Psal.* 10), manifestum est quod diligit proximum sicut seipsum, cum nec seipsum diligit. AUG., 1, *De doctr. Christiana.* (cap. 30). Manifestum est autem omnem hominem proximum esse putandum; quia erga neminem operandum est malum. Jam vero si vel cui præbendum vel a quo præbendum est nobis officium misericordiæ, recte proximus dicitur; manifestum est hoc præcepto, quo tenemur diligere proximum, etiam sanctos angelos contineri; a quibus nobis tanta misericordiæ impenduntur officia, quanta nobis in

de le constater dans l'Écriture. De là aussi nous pouvons conclure que le Seigneur a voulu recevoir de nous le nom de prochain, puisqu'il s'est présenté à nous sous la figure de ce Samaritain qui secourt l'homme à demi mort qu'il a rencontré gisant sur la voie (1). — S. AUG. — Celui qui aime les hommes doit les aimer ou parce qu'ils sont justes, ou pour les rendre justes, car il doit s'aimer lui-même ou parce qu'il se trouve juste, ou parce qu'il veut se rendre juste. C'est ainsi que sans aucun danger il peut aimer le prochain comme lui-même. — S. AUG. — Si vous devez vous aimer vous-même, non pas à cause de vous, mais à cause de celui en qui se trouve le but très régulier de votre amour, que personne ne s'irrite de cette obligation où vous êtes de l'aimer pour Dieu. Celui-là donc qui aime le prochain comme il faut doit faire tout son possible pour lui faire aimer Dieu de tout son cœur. — S. CHRYS. — Celui qui aime l'homme est comme celui qui aime Dieu, car l'homme est l'image de Dieu, et Dieu est aimé en lui ainsi qu'un roi est honoré en ce qui le représente. C'est en cela que ce commandement est dit semblable au premier. — S. HIL. — Ou bien : Que ce commandement soit semblable au premier, cela signifie que le devoir et le mérite sont les mêmes en l'un et l'autre commandement, car l'amour de Dieu sans l'amour du Christ, et l'amour du Christ sans l'amour de Dieu, ne peuvent être d'aucune utilité pour le salut.

« Toute la loi et tous les prophètes dépendent de ces deux commandements. » — S. AUG. — *Dépendent*, dit-il, car ils aboutissent là comme

(1) On sait que le but de cette parabole, d'ailleurs adressée à un docteur de la loi qui, comme ici, tentait le Sauveur, est de définir quel est le véritable prochain.

Scripturis animadvertere facile est; ex quo et ipse Dominus noster proximum se nobis dici voluit, quoniam seipsum Dominus Jesus Christus significat opitulatum esse semivivo jacenti in via (Luc., 10). AUG., 8, *De Trinit.* (cap. 6). Qui autem amat homines, aut quia justus sunt, aut ut justus sint, amare debet: sic enim et seipsum amare debet, aut quia justus est, aut ut justus sit: sic enim diligit proximum sicut seipsum sine ullo periculo. AUG., 1, *De doct. Christia.* (cap. 22). Si autem teipsum, non propter te debes diligere, sed propter illum, ubi dilectionis tue rectissimus finis est, non succenseat aliquis homo, si et ipsum propter Deum diligis: quisquis ergo recte proximum diligit, hoc cum eo debet agere

ut etiam ipse toto corde diligit Deum. CHRYS., *sup. Matth.* (in opere imperf., ut sup.). Qui autem hominem amat, simile est sicut qui Deum amat; quia imago Dei est homo, in quo Deus diligitur, sicut rex in sua imagine honoratur. Et propter hoc dicitur hoc mandatum simile esse primo. HILAR. (cap. 23, ut sup.). Vel aliter: quod mandatum sequens primo est simile, significat idem esse et officii et meriti in utroque: neque enim aut Dei sine Christo, aut Christi sine Deo, potest utilis esse dilectio ad salutem.

Sequitur: In his duobus mandatis tota lex pendet et prophetæ. AUG., *De quæst. evang.* (lib. 1, cap. 33). Pendet, dixit; id est, illuc refertur ubi habet finem. RAB.



à leur but. — RAB. — Tout le Décalogue appartient à ces deux commandements : les préceptes de la première table à l'amour de Dieu ; ceux de la seconde, à l'amour du prochain (1). — ORIG. — Ou bien, en ce sens que celui qui a accompli tout ce qui concerne l'amour de Dieu et du prochain mérite de recevoir de grandes grâces de Dieu pour qu'il puisse comprendre que toute la loi et tous les prophètes dépendent du principe de l'amour de Dieu et de l'amour du prochain.

S. AUG. — Comme il y a deux préceptes desquels dépendent la loi et les prophètes, le précepte de l'amour de Dieu et celui de l'amour du prochain, ce n'est pas sans raison que souvent l'Écriture-Sainte en met un seul à la place des deux ; ou bien l'amour de Dieu : « Nous savons que toutes choses coopèrent à bien à ceux qui aiment Dieu ; » ou bien l'amour du prochain : « Toute la loi est contenue en une seule parole : Vous aimerez le prochain comme vous-même ; » et cela parce que celui qui aime Dieu doit aimer le prochain, attendu que nous aimons Dieu et le prochain par une seule et même charité, mais Dieu pour Dieu, et le prochain ainsi que nous pour Dieu — S. AUG. — Mais comme la substance divine est plus excellente et supérieure à notre nature, le précepte qui nous oblige à aimer Dieu est distinct du précepte de l'amour du prochain. Si vous vous prenez vous-même dans tout votre ensemble, corps et âme, et aussi votre prochain, corps et âme, il n'y a rien d'omis à ces deux préceptes de tout ce qui peut être l'objet de notre amour. L'amour de Dieu précédant, et son mode se trouvant défini, il suit que vous devez aimer votre prochain comme vous-même,

(1) Il est question de ces deux tables : Exod., 24, v. 12 ; 32, v. 18 et 15 ; 34, v. 4, 28 et 29. Deut., 4, v. 13 ; 9, v. 9, 10, 11, 15 et 17 ; 10, v. 1, 2, 3, 4 et 5.

Ad duo enim hæc præcepta pertinet totus decalogus: præcepta quidem primæ tabulæ ad dilectionem Dei; præcepta secundæ ad dilectionem proximi. ORIG. (tract. 23, in Matth.). Vel quia qui omnia implet quæ scripta sunt de Dei dilectione et proximi, dignus est magnas gratias a Deo percipere, ut intelligat omnem legem et prophetas pendere a principio dilectionis Dei et proximi.

AUG., 8, *De Trinit.* (cap. 7). Cum autem sint duo præcepta in quibus pendet lex et prophetæ, dilectio Dei et proximi, non immerito Scriptura plerumque pro utroque unum ponit : sive dilectionem Dei ; sicut est illud (*Rom.*, 8) : Scimus enim quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum : sive dilectionem proximi ; sicut est illud (*Gal.*, 5) : Omnis lex in uno ser-

mone impletur, diliges proximum tuum sicut teipsum : sed hoc ideo, quia qui proximum diligit, consequens est ut Deum diligit : ex una enim eademque charitate Deum proximumque diligimus ; sed Deum propter Deum ; nos autem et proximum propter Deum. AUG., 1, *De doct. Christ.* (cap. 26). Sed tamen quoniam excellentior et supra nostram naturam est divina substantia, præceptum quo diligimus Deum, a proximi dilectione distinctum est : quod si te totum intelligas (id est, animam et corpus), et proximum tuum (id est, animam et corpus), nullum diligendarum rerum genus in his duobus præceptis prætermissum est : cum enim præcurrat dilectio Dei, ejusque dilectionis modus præscriptus sit, sequitur dilectio proximi ut eum sicut teipsum dili-

et, par là même, l'amour de vous-même par vous-même n'est pas omis.

*Or les pharisiens étant assemblés, Jésus leur fit cette demande : Que vous semble du Christ? De qui est-il fils? Ils lui répondirent : De David. Et comment donc, leur dit-il, David l'appelle-t-il en esprit son Seigneur par ces paroles : Le Seigneur a dit à mon Seigneur : Asseyez-vous à ma droite, jusqu'à ce que je réduise vos ennemis à vous servir de marchepied? Si donc David l'appelle son Seigneur, comment est-il son fils? Personne ne lui put rien répondre, et depuis ce jour-là nul n'osa plus lui faire de questions.*

S. CHRYS. — Les pharisiens, pensant que le Christ n'était simplement qu'un homme, le tentèrent; ils ne l'auraient pas tenté s'ils l'avaient cru Fils de Dieu. Le Christ, voulant leur montrer qu'il connaissait les vices de leur cœur et qu'il était Dieu, ne voulut pas leur dire la vérité clairement, de peur que les Juifs ne devinssent plus furieux à blasphémer. Il ne voulait pas cependant tout-à-fait se taire, car il était venu pour dire la vérité (1). Il leur pose donc une question telle que sa réponse leur montrait qui il était : « Les pharisiens s'étant rassemblés, Jésus les interrogea en disant : Que vous paraît-il du Christ? » — S. CHRYS. — Il avait déjà demandé à ses disciples ce que les autres disaient du Christ, et ce n'est qu'après qu'il leur avait demandé ce qu'ils en disaient eux-mêmes; mais il n'agit pas ainsi vis-à-vis de ceux-ci, car ils auraient certainement répondu qu'on le considérait comme un séducteur, un méchant, et qu'eux-mêmes le considéraient comme un méchant; que le Christ était simplement un homme. C'est pour cela

(1) « Moi je suis né et je suis venu pour cela dans le monde, pour rendre témoignage à la vérité » (Jean, 18, v. 37).

gas; eoque simul et tui abs te dilectio prætermisssa non est.

*Congregatis autem pharisæis, interrogavit eos Jesus dicens : Quid vobis videtur de Christo? Cujus filius est? Dicunt ei : David. At illis : Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens : Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est? Et nemo poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quicquam ex illa die eum amplius interrogare.*

CHRYS., super Matth. [in opere imperf., ut sup.]. Judæi æstimantes Christum esse

hominem purum, eum tentabant; nec eum tentassent, si Filium Dei credidissent. Volens ergo Christus ostendere quod agnoscebat fallaciam cordis eorum, et qui Deus erat, nec manifeste voluit dicere veritatem, ne occasionem blasphemie invenientes Judæi, amplius insanirent; nec omnino tacere, quis ad hoc venerat ut veritatem annuntiaret: ideo talem interrogationem eis proposuit, ut ipsa interrogatio eis ostenderet quis esset: unde dicitur: Congregatis autem pharisæis, interrogavit eos Jesus dicens: Quid vobis videtur de Christo, etc. CHRYS., in homil. [72, in Matth.]. Discipulos quidem primum interrogavit quid alii dicerent de Christo, et tunc quid ipsi dicerent; hos autem non ita: profecto enim seductorem

qu'on les entend répondre que le Christ est le Fils de David. C'est ce qui est ajouté plus bas : « Et ils lui disent : de David. » Le Sauveur, blâmant cette réponse, produit le même prophète témoignant de l'empire du Christ, de son nom de Fils, de l'honneur qu'il partage avec le Père : « Et il leur dit : Comment David inspiré l'appelle-t-il son Seigneur, en disant : Le Seigneur a dit à mon Seigneur. » — S. JÉR. — Ce témoignage est pris du psaume 109; le Seigneur y est appelé *de David* (2), non pas en ce qu'il est né de David, mais en ce que, né du Père, il a toujours été, et il prévient par son existence celle de son Père. Or, David l'appelle son Seigneur, non pas par une erreur venant de l'incertitude ni par sa propre inspiration, mais par celle de l'Esprit-Saint. — RÉMIG. — Ces mots : « Asseyez-vous à ma droite, » ne signifient pas que Dieu est corporel, qu'il a une gauche et une droite, mais qu'on le trouve dans la même dignité que le Père et son égal. — S. CHRYS. — Je pense qu'il dirigea cette question non-seulement contre les pharisiens, mais encore contre les hérétiques : Fils de David selon la chair, il était son Seigneur par la divinité.

S. CHRYS. — Il ne s'arrête pas là, mais pour les effrayer, il dit : « Jusqu'à ce que je mette vos ennemis comme l'escabeau de vos pieds. » Au moins il les emmènera de cette manière jusqu'à lui. — ORIG. — Dieu ne pose pas les ennemis du Christ comme l'escabeau de ses pieds, seulement pour les perdre, mais aussi pour les sauver. — RÉMIG. — Le mot *jusqu'à ce que* signifie *pour toujours*, et voici le sens de toute la phrase : « Asseyez-vous pour l'éternité, et vos ennemis seront éternellement placés sous

" (1) C'est-à-dire le *Seigneur de David*, et non pas le fils de David, ainsi qu'il y avait auparavant.

eum dixissent, et malum, et quia malum eum existimabant, et quoniam Christus purus homo erat : et ideo dixerunt eum esse filium David : et hoc est quod subditur : Dicunt ei David. Ipse autem hoc reprehendens, inducit Prophetam, dominationem ejus et proprietatem filiationis et cohonorationem quæ est ad Patrem, testantem : unde subditur : Ait illis : Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens : Dixit Dominus Domino meo, etc. HIER. Testimonium hoc de 109 psalmo sumptum est : Dominus ergo David vocatur, non secundum id quod de eo natus est, sed juxta id quod natus ex Patre semper fuit; præveniens ipsum carnis suæ patrem : vocat autem eum Dominum suum, non errore incerto, nec propria voluntate, sed Spiritu Sancto. RÉMIG. Quod autem dicit : Sede a dextris meis, non intelligendum est quod Deus corporeus sit, ut dexteram vel sinistram habeat, sed a dextris Dei sedere, est in honore et æqualitate paternæ dignitatis manere. CHRYS., *sup. Matth.* (in opere imperf., ut *sup.*). Puto autem quod hanc interrogationem, non solum contra phariseos, sed etiam contra hæreticos posuit : nam secundum carnem vere filius erat David; Dominus autem secundum Divinitatem. CHRYS., in homil. (72, ut *sup.*). Non autem in hoc stat; sed ut timeant, subdit : Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum; ut saltem ita eos inducat. ORIG. (ut *sup.*). Deus etiam, non ad perditionem solum ponit scabellum pedum Christi inimicos ipsius, sed et ad eorum

vos pieds. » — LA GLOSE. — Que ce soit le Père qui soumette les ennemis à son Fils, cela n'exprime nullement l'impuissance du Fils, mais l'unité de nature, car le Fils lui-même soumet les hommes à son Père en glorifiant son Père sur la terre. C'est après avoir produit cette autorité qu'il ajoute : « Si donc David l'appelle son Seigneur, comment peut-il être son Fils? » — S. JÉR. — Cette question nous sert encore contre les Juifs; tout en reconnaissant que le Christ doit venir, ils affirment qu'il n'est qu'un homme, un simple rejeton de la race de David. Demandons-leur donc, eux qui ont reçu les enseignements du Seigneur, comment David peut l'appeler son Seigneur, s'il n'est qu'un homme et s'il est seulement le Fils de David? Les Juifs, pour échapper à la vérité de cette question, imaginent plusieurs fables et inventent un certain serviteur d'Abraham, dont le fils fut Eliézer de Damas. Ce serait de cet Eliézer qu'aurait été écrit le psaume en question, et lui qui aurait dit à son maître Abraham, après la destruction des cinq rois, dont l'histoire est racontée dans le chapitre 14<sup>e</sup> de la Genèse : « Asseyez-vous à ma droite, jusqu'à ce que, etc. » Or, demandons-leur comment il aurait pu appliquer à Abraham la suite du psaume, et forçons-les à nous expliquer comment Abraham a été engendré *avant Lucifer*, comment il fut *prêtre selon l'ordre de Melchisédech*, lui pour qui Melchisédech offrit du pain et du vin, et de qui il reçut la dîme de la dépouille.

toujours redouté, la destruction du temple et de la ville : « Voici que votre demeure sera laissée déserte. » — S. CHRYS. — Ainsi que notre corps abandonné par notre âme. se refroidit, se dissout après s'être pourri, ainsi notre temple, après le départ de l'Esprit-Saint, se remplit de trouble et de rébellion, et en vient jusqu'à sa ruine. — ORIG.— Le Christ adresse toujours ses reproches à ceux qui n'ont pas voulu se réunir sous ses ailes : « Voici que votre maison sera laissée déserte, » c'est-à-dire votre âme et votre corps. Si quelqu'un de vous ne veut pas être ramené sous les ailes du Christ, au moment où il se refusera à cette réunion par l'acte de sa volonté plutôt que par un acte extérieur, il perdra de vue la beauté du Verbe, et il ne la recouvrera que lorsque se repentant de sa mauvaise conduite il dira : « Béni soit celui qui vient au nom du Seigneur. » C'est en effet au moment où un homme se convertit à Dieu que le Verbe béni de Dieu descend sur son cœur : « Je vous le dis, vous ne verrez pas jusqu'à ce que vous disiez : Béni soit celui qui vient au nom du Seigneur. » — S. JÉR. — C'est comme s'il disait : « Vous ne verrez pas ma face jusqu'à ce que vous ayez avoué que je suis celui que les prophètes ont chanté, le Fils du Père tout puissant. » Les Juifs ont donc un temps qui leur est assigné pour le repentir : qu'ils confessent qu'il est béni celui qui vient au nom du Seigneur, et qu'ils contemplent le visage du Christ. — S. CHRYS. — Ou bien, il insinue ainsi à mots couverts son second avènement, alors que tous sans exception l'adoreront. Ces mots *désormais* doivent se rapporter au moment de son crucifiement.

verunt (scilicet civitatis et templi eversio-  
nem) dicens : Ecce relinquetur vobis domus  
vestra deserta. CHRYS., *sup. Matth.* (in  
opere imperf.). Sicut enim corpus anima  
recedente, prius quidem frigescit, deinde  
putrescit et solvitur; sic et templum nos-  
trum, Dei Spiritu recedente, prius seditio-  
nibus et indisciplinatione replebitur, deinde  
veniet ad ruinam. ORIG. (ut sup.). Semper  
etiam eis qui noluerunt congregari sub alis  
ejus, comminatur Christus : Ecce relinque-  
tur vobis domus vestra deserta, id est, anima  
et corpus. Sed et si quis ex vobis noluerit  
congregari sub alis Christi, ex tempore illo  
ex quo congregationem refugit (actu magis  
quam corpore) non videbit pulchritudinem  
Verbi, donec poenitens a proposito malo  
dicat : Benedictus qui venit in nomine Do-

mini ! tunc enim verbum Dei benedictum  
venit super cor hominis, quando fuerit quis  
conversus ad Deum : unde sequitur : Dico  
enim vobis, non me videbitis amodo donec  
dicatis : Benedictus qui venit in nomine  
Domini !

HIERON. Quasi dicat : Nisi poeniten-  
tiam egeritis et confessi fueritis ipsum esse  
me, de quo prophetæ cecinerunt, Filium  
omnipotentis Patris, faciem meam non vi-  
debitis. Habent ergo Judæi statutum sibi  
tempus poenitentiae : confiteantur benedic-  
tum qui venit in nomine Domini, et Christi  
ora conspicient. CHRYS., in hom. (75, ut  
sup.). Vel aliter : per hoc occulte secundum  
adventum significavit, quoniam tunc omnino  
eum adorabunt : quod autem dicit amodo,  
ad tempus crucis refertur.

## CHAPITRE XXIV.

*Lorsque Jésus sortait du temple pour s'en aller, ses disciples s'approchèrent de lui pour lui faire remarquer la structure et la grandeur de cet édifice. Mais il leur dit : Voyez-vous tous ces bâtiments? Je vous le dis en vérité, ils seront tellement détruits qu'il n'y demeurera pas pierre sur pierre.*

ORIG. — Après avoir prédit tout ce qui devait arriver à Jérusalem, le Christ sortit du temple, lui qui avait conservé le temple et l'avait empêché de tomber tant qu'il y était resté : « Et étant sorti du temple, il allait. » Tout homme qui est temple, en tant que le Christ habite en lui (1), devient la cause de départ du Christ, lorsqu'il en est abandonné. « Et les disciples s'approchèrent de lui. » Il faut remarquer comment ils lui montrent les bâtiments du temple, comme s'il ne les avait jamais vus. C'est que le Christ ayant prononcé sa prophétie sur la ruine du temple, les disciples qui l'avaient entendu, étonnés de la chute future d'un tel monument, le lui montrent pour le toucher de compassion et pour l'engager à ne pas réaliser sa prédiction. Et comme la nature humaine est une admirable construction, et qu'elle est devenue le temple de Dieu, les disciples et les autres saints se présentent devant le Christ, et intercèdent en vantant tout ce qu'ont de

(1) « Ne savez-vous pas que vous êtes le temple de Dieu, et que l'esprit de Dieu habite en vous » (1 Corinth., 3, v. 16). « Ne savez-vous pas que vos membres sont le temple de l'Esprit-Saint » (ch. 6, v. 19). « Vous êtes le temple du Dieu vivant » (2 Corinth., 6, v. 16).

## CAPUT XXIV.

*Et egressus Jesus de templo, ibat. Et accesserunt discipuli ejus, ut ostenderent ei ædificationes templi. Ipsa autem respondens, dixit illis : Videtis hæc omnia? Amen dico vobis : Non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruat.*

ORIG. (tract. 27, in Matth.). Postquam omnia quæ super Hierusalem ventura erant, Christus prædixit, exiit de templo qui conservaverat templum ne caderet, donec fuit in eo : unde dicitur : Egressus Jesus de templo, ibat. Sed et unusquisque, cum sit templum Dei propter Spiritum Dei inhabitantem in se, ipse fit causa suæ desertionis,

ut egrediatur ab eo Christus. Sequitur : Et accesserunt ad eum discipuli, etc. Dignum est videre quomodo ostendunt ei structuras templi, quasi nunquam viderit templum. Ad quod respondendum est quod cum Christus prophetizasset superius ruinam templi futuram, audientes discipuli mirati sunt talem ac tantam templi structuram ad nihilum redigendam : propterea ostendunt ei, ut flecterent eum ad misericordiam loci illius, ne faceret quod fuerat comminatus. Sed et cum sit humanæ naturæ admirabilis constructio (facta videlicet templum Dei), discipuli cæterique sancti etiam modo miranda opera Dei erga figmentum humanum

merveilleux les œuvres de Dieu par rapport à l'homme, et en le priant de ne pas abandonner l'humanité à cause de ses péchés.

« Et lui, leur répondant, leur dit : Vous voyez toutes ces choses ? Je vous le dis en vérité, on ne laissera pas subsister ici pierre sur pierre. — RAB. — Le sens de ces paroles a été mis hors de doute par les événements : quarante ans après la passion du Sauveur, la cité fut renversée, ainsi que le temple, sous Vespasien et Titus, empereurs romains. — RÉMIG. — Il est arrivé par prédisposition divine que le temple disparut avec toutes les cérémonies de la loi à la première lumière de la grâce, afin qu'il n'arrivât pas qu'un chrétien enfermé encore dans sa foi ne passât peu à peu d'une foi véritable à un judaïsme charnel en voyant subsister encore toutes les anciennes institutions du Sauveur consacrées par les prophètes. — S. CHRYS. — Mais quelle est donc la vraie signification de cette parole, qu'il ne restera pas pierre sur pierre ? Elle exprime ou une désolation universelle, ou une réalité matérielle, toutes les parties du temple ayant été détruites jusqu'aux fondements. J'ajouterai qu'à tout ce qui a péri l'on doit croire que viendra s'ajouter encore la disparition complète des débris eux-mêmes.

S. JÉR. — Au sens mystique, au moment où le Seigneur abandonne le temple, tout l'édifice de la loi et toute cette construction de lois et d'ordonnances sont tombés de manière que rien ne puisse plus être désormais l'objet du culte des Juifs : le chef ayant disparu, tous les membres se combattent entre eux. — ORIG. — Tout homme qui reçoit en lui la parole de Dieu devient un temple : si, après avoir péché, il conserve encore quelque vestige de foi et de religion, ce temple est à

confitentes, ante conspectum Christi intercedunt, ne deserat genus humanum propter peccata ipsorum.

Sequitur : Ipse autem respondens, dixit eis : Videtis hæc omnia ? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruat. RAB. Juxta historiam manifestus est sensus, quia 42 anno post passionem Domini, sub Vespasiano et Tito, romanis principibus, civitas eversa est cum templo. RÉMIG. Divinitus autem procuratum est ut revelata jam luce gratiæ templum cum suis ceremoniis tolleretur ; ne forte aliquis parvulus in fide dum videret omnia illa quæ a Domino fuerant instituta, et a prophetis sanctificata, adhuc permanere, paulatim recedendo a sinceritate fidei

ad carnalem judaismum transiret. CHRYS., in hom. (76, in Matth.). Sed qualiter verum est quod non mansit lapis super lapidem ? Vel enim desolationem ejus ostendens omnimodam hoc dixit ; vel secundum illum locum ubi erat : sunt enim ejus partes usque ad fundamenta destructæ. Cum his et illud dicam, quoniam ex his quæ facta sunt etiam de reliquis oportet credere quod peribunt perfecta.

HIER. Mystice autem recedente Domino de templo, omnia legis ædificia et compositio mandatorum ita destructa est, ut nihil a Judæis possit impleri ; et capite sublato, universa inter se membra compugnent. ORIG. (ut sup.). Omnis etiam homo qui suscipiens in se verbum Dei templum est, si

moitié renversé et à moitié debout. Mais celui qui, après avoir péché, n'a plus aucun souci de son salut, celui-là s'amoindrit tous les jours jusqu'à ce qu'il se retire tout-à-fait du Dieu vivant, et ainsi il ne reste pas en lui pierre sur pierre des commandements de Dieu, et tout est renversé.

*Et lorsqu'il était assis sur la montagne des Oliviers, ses disciples s'approchèrent de lui en particulier, et lui dirent : Dites-nous quand ces choses arriveront, et quel signe il y aura de votre avènement et de la consummation du siècle? Et Jésus leur répondit : Prenez garde que quelqu'un ne vous séduise, parce que plusieurs viendront sous mon nom, disant : Je suis le Christ; et ils en séduiront plusieurs.*

RÉMIG. — Le Seigneur, continuant son chemin, parvient jusqu'au mont des Oliviers; et comme plusieurs de ses disciples avaient en chemin montré et loué la beauté incontestable du temple, il leur avait prédit clairement sa destruction future, et c'est pour cela que, lorsqu'il fut arrivé à la montagne des Oliviers, ils s'approchèrent de lui pour l'interroger : « Lorsqu'il se fut assis sur la montagne des Oliviers. » — S. CHRYS. — Ils s'approchaient de lui en secret, parce qu'ils avaient à lui faire d'importantes questions; car ils désiraient connaître le jour de son avènement par le désir ardent qu'ils avaient de voir sa gloire. — S. JÉR. — Et ils lui demandent trois choses : la première, à quelle époque Jérusalem doit être détruite, en lui disant : « Dites-nous quand toutes ces choses arriveront; » la seconde, dans quel temps le Christ doit venir : « Et quel sera le signe de votre avène-

post peccatum adhuc servat ex parte vestigia fidei et religionis, templum est ex parte destructum, et ex parte consistens; qui autem postquam peccaverit, curam sui non habet, paulatim minuitur, donec ad plenum recedat a Deo vivente; et sic non relinquatur lapis super lapidem mandatorum Dei, qui non destruat.

*Sedente autem eo super montem Oliveti, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes : Dic nobis, quando hæc erunt? et quod signum adventus tui, et consummationis seculi? Et respondens Jesus dixit eis : Videte ne quis vos seducat : multi enim venient in nomine meo dicentes : Ego sum Christus; et multos seducent.*

pervenit ad montem Oliveti, et quibusdam discipulis in via ostendentibus et laudantibus ædificationem templi, ipse palam prædixerat omnia esse destruenda : ideoque cum pervenisset ad montem Oliveti, accesserunt ad eum interrogantes : unde dicitur : Sedente autem eo super montem Oliveti. CHRYS., in homil. (76, ut sup.). Propter hoc autem secreto accesserunt, quia de magnis erant interrogaturi; etenim cupiebant discere diem adventus ejus, quia vehementer desiderabant gloriam ejus videre. HIER. Et interrogant tria : primo, quo tempore Hierusalem destruenda sit, dicentes : Dic nobis quando hæc erunt? Secundo, quo tempore Christus venturus sit : unde dicunt : Et quod signum adventus tui? Tertio, quo tempore consummatio seculi sit futura : unde dicunt : Et consummationis

RÉMIG. Perseverans Dominus in itinere,

ment? » la troisième, quand doit arriver la fin du monde : « Et de la fin du monde. » — S. CHRYS. — Luc dit qu'il n'y eut qu'une seule question, les disciples s'imaginant que lorsque Jérusalem serait détruite, alors auraient lieu et l'avènement du Christ et la fin du monde. Marc rapporte que tous ne l'interrogèrent pas sur la fin du monde, mais qu'il n'y eut que Pierre, Jacques et André, comme étant ceux qui agissaient le plus librement et le plus sûrement avec le Christ.

ORIG. — Je pense que le mont des Oliviers est la figure de l'Église formée de toutes les nations. — RÉMIG. — La montagne des Oliviers ne nourrit pas d'arbres stériles, mais des oliviers qui entretiennent la lumière pour chasser les ténèbres; et c'est ainsi que par eux le repos est assuré à ceux qui sont fatigués, et la santé aux malades. Or, le Seigneur, assis sur la montagne des Oliviers, en face du temple, s'entretient de la ruine de ce temple et de la destruction de la nation juive, pour montrer, par ce site qu'il a choisi, qu'assis dans son Eglise il condamne l'orgueil des impies. — ORIG. — Ce cultivateur qui est assis sur la montagne des Oliviers, c'est le Verbe de Dieu confirmé dans l'Eglise, c'est-à-dire le Christ, qui est toujours à greffer des branches de l'olivier sauvage sur le bon olivier des pères. Or, ceux qui ont mis leur confiance dans le Christ, ceux-là désirent connaître quel sera le signe de l'avènement du Christ et de la consommation du siècle. Il est deux avènements du Verbe dans l'âme : le premier, par cette prédication qui paraît insensée du Christ né et crucifié; et le second, dans le cœur des hommes parfaits, de ceux dont il a été dit : « Nous parlons la sagesse au milieu des hommes parfaits. »

seculi. CHRYS., in homil. (76, ut sup.). Lucas autem ait unam esse interrogationem quæ est de Hierosolyma, quasi æstimantibus discipulis tunc futurum esse Christi adventum et finem mundi, quando Hierosolyma destrueretur; Marcus autem ait non omnes eos de consummatione Hierosolymæ interrogasse; sed Petrum, Jacobum, Joannem et Andræam; quasi liberius et securius Christo loquentes.

ORIG. Puto autem montem Oliveti mysterium esse Ecclesiæ, quæ ex gentibus est. RÉMIG. Mons autem Oliveti non habet infructuosas arbores, sed oliveta quibus lumen nutritur ad fugandas tenebras; et quibus fessis requies, infirmis salus præstat. Sedens autem Dominus supra montem Oliveti contra templum, de ruina ipsius et ex-cidio judicæ gentis disputat, ut etiam ipso

situ corporis monstret quia quietus manens in Ecclesia impiorum superbiam condemnat. ORIG. (ut sup.). Agricola enim residens in monte Oliveti, verbum Dei est in Ecclesia confirmatum; Christus scilicet, qui semper oleastri ramos inserit in bonam olivam patrum. Qui autem habent fiduciam ante Christum, discere volunt signum adventus Christi, et consummationis seculi. Est autem duplex adventus Verbi in animam: primus quidem, stulta prædicatio de Christo, quando prædicamus Christum natum et crucifixum; secundus autem adventus est in viris perfectis, de quibus dicitur (1 Cor., 3): Sapientiam loquimur inter perfectos; et huic secundo adventui adjungitur consummatio seculi in viro perfecto, cui mundus crucifixus est (ad Gal., 6).

HILAR. (can. 23, ut sup.). Et quis tria a

C'est à ce second avènement que vient s'adjoindre la consommation du siècle dans « cet homme parfait à qui le monde a été crucifié. »

S. HIL. — Comme il y a trois questions faites par les disciples, questions distinctes par leur objet et par le moment auquel elles ont été faites, il est d'abord répondu à celle qui concerne la destruction de la ville, et cette réponse est ensuite confirmée par un fait doctrinal qui leur servira à repousser les embûches que la ruse pourra leur tendre en les supposant dans l'ignorance : « Et Jésus leur répondant leur dit : Voyez à ce que personne ne vous trompe, car plusieurs viendront en mon nom et en disant : Je suis le Christ. » — S. CHRYS. — Il ne leur répond pas tout de suite, ni sur la ruine de la ville, ni sur son second avènement, mais sur les maux auxquels ils devront obvier tout de suite. — S. JÉR. — L'un de ceux dont il leur parle ainsi fut d'abord Simon le Samaritain que nous voyons dans les Actes des apôtres s'attribuer une *grande puissance*, et de qui nous lisons, entre autres choses, dans ses ouvrages, celle-ci : « Je suis la parole de Dieu ; je suis le tout-puissant ; je suis tout ce que Dieu possède. » Jean l'apôtre ne dit-il pas, dans sa première épître : « Vous avez entendu que l'antechrist devait venir ; maintenant voici plusieurs antechrists. » Pour moi, je pense que tous les hérésiarques sont des antechrists, enseignant, sous le nom du Christ, une doctrine contraire au Christ, et il n'y a rien d'étonnant à ce que nous en voyions plusieurs séduits par eux alors que le Seigneur a dit : « Et ils en séduiront un grand nombre. » — ORIG. — Il y en a plusieurs qui sont séduits, parce que la porte qui conduit à la perdition est large et qu'il en est beaucoup qui entrent par cette porte. Pour reconnaître les antechrists qui veulent séduire, il suffit qu'ils disent : « Je suis le Christ, » ce que nous ne

discipulis quæsitæ sunt, distinctis et temporis intelligentiæ significationibus separantur : respondetur ergo primo de civitatis occasione, et deinde confirmatur veritate doctrinæ ; ne quis fallax ignorantibus possit obrepere : unde sequitur : Et respondens Jesus, dixit eis : Videte ne quis vos seducat : multi enim venient in nomine meo, dicentes : Ego sum Christus. CHRYS., in homil. (76, ut sup.). Neque enim de Hierosolymæ destructione, neque de secundo adventu respondit statim, sed de malis quibus statim obviandum erat. HIER. Unus autem eorum de quibus loquitur, fuit Simon Samaritanus, quem in Actibus apostolorum legimus (cap. 8), qui se magnam dicebat

esse virtutem ; hæc quoque inter cætera in suis voluminibus scripta dimittens : Ego sum sermo Dei ; ego omnipotens ; ego omnia Dei. Sed et Joannes apostolus in epistola sua loquitur (1, cap. 2) : Audistis quia Antichristus venturus est : nunc autem Antichristi multi sunt. Ego reor omnes hæresiarchas antichristos esse ; et sub nomine Christi ea docere quæ contraria sunt Christo ; nec mirum si aliquos ab his videamus seduci, cum Dominus dixerit : Et multos seducent. ORIG. (ut sup.). Multi autem sunt qui seducuntur, quia larga est porta quæ ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam. (Matth., 7). Hoc autem solum sufficit ad cognoscen-



voyons pas que le Christ ait jamais dit, laissant aux œuvres de Dieu qu'il faisait, à la doctrine qu'il enseignait et à sa vertu de le faire croire. Or, toute parole qui professe la croyance en la vérité des Ecritures, et qui ne contient pas leur véritable explication, est l'antechrist, car le Christ est la vérité, et la simulation de la vérité est l'antechrist. Nous trouvons aussi que toutes les vertus sont le Christ, et toutes les vertus feintes l'antechrist; car toutes les sortes de biens que possède le Christ dans la vérité pour l'édification des hommes, le diable les a quant à l'apparence pour séduire les saints. Il nous faut le secours de Dieu pour que parole ou action ne puissent nous séduire. Or, il est dangereux de rencontrer quelqu'un errant dans sa conduite; mais il est bien plus dangereux celui qui ne pense pas selon la vérité et la règle des Ecritures.

*Vous entendrez aussi parler de guerres et de bruits de guerres; mais gardez-vous bien de vous troubler, car il faut que ces choses arrivent; mais ce ne sera pas encore la fin. Car on verra se soulever peuple contre peuple et royaume contre royaume; et il y aura des pestes, des famines et des tremblements de terre en divers lieux. Et toutes ces choses ne seront que le commencement des douleurs.*

S. AUG. — Aux questions des disciples, le Seigneur répond d'abord par ce qui devait suivre immédiatement, soit sur la ruine de Jérusalem, à l'occasion de laquelle ils avaient ouvert leurs questions, soit sur son avènement par l'Eglise, dans laquelle il ne cessera jusqu'à la fin des temps de venir et de se montrer (de se montrer dans les

dum seductionem antichristorum qui dicunt : Ego sum Christus : quod nunquam legitur Christus dixisse : sufficiebant enim ad credendum quod ipse est Christus, opera Dei, et sermo quem docebat, et virtus ipsius. Omnis etiam sermo qui profitetur expositionem Scripturarum secundum fidem earum, et non habet veritatem, Antichristus est : veritas enim Christus est; et simulata veritas, Antichristus. Sed et omnes virtutes invenimus esse Christus et omnes simulatas virtutes Antichristum; quoniam omnes species boni quascunque habet Christus in se in veritate ad ædificationem hominum, omnes eas habet diabolus in specie ad seductiones sanctorum : opus ergo est nobis Deo auxiliatore, ne quis non seducat, vel sermo, vel virtus : malum enim invenire aliquem secundum mores vitæ errantem : multo au-

tem pejus arbitror esse, non secundum verissimam regulam Scripturarum sentire.

*Audituri enim estis prælia, et opiniones præliorum : videte ne turbemini : oportet enim hæc fieri; sed nondum statim est finis : consurget enim gens in gentem, et regnum in regnum; et erunt pestilentias, et fames, et terræmotus per loca. Hæc autem omnia, initia sunt dolorum.*

AUG., ad Hesychium (epist. 80). Interrogantibus discipulis ea Dominus respondit quæ jam ex illo tempore fuerant secutura, sive de excidio Hierusalem, unde orta est ipsius interrogationis occasio, sive de adventu suo per Ecclesiam, in qua usque ad finem venire non cessat (in suis enim veniens agnoscitur, dum ejus quotidie mem-

lieux par ces membres qui lui naissent tous les jours), soit sur cette fin dernière, lorsqu'il viendra pour juger les vivants et les morts. Comme il donne les signes précurseurs de ces trois événements, nous allons considérer attentivement quels sont les signes qui appartiennent à chacun d'entre eux, pour ne pas appliquer à l'un ce qui appartient à l'autre. — S. CHRYS. — Il leur parle ici des combats qui devaient avoir lieu à Jérusalem, lorsqu'il leur dit : « Vous entendrez des combats et des bruits de guerre. » — ORIG. — Celui qui entend les voix qui éclatent dans les combats entend les combats; celui qui entend parler de combats qui ont lieu au loin, celui-là entend des bruits ou des nouvelles de guerre.

S. CHRYS. — Comme ces choses pouvaient troubler aussi les disciples, il leur dit : « Voyez à ne pas être troublés. » Mais comme ils pensaient qu'après cette guerre qui devait détruire Jérusalem viendrait aussitôt la fin du monde, il les place dans la vérité par ces mots : « Tout cela doit arriver, mais ce n'est pas encore aussitôt la fin. » — S. JÉR. — C'est-à-dire, ne pensons pas que le jour du jugement soit imminent, mais sachons qu'il est réservé pour un autre temps dont les signes avant-coureurs sont admirablement tracés par ces mots : « Une nation s'élèvera contre une nation, et un royaume, etc. » — RAB. (1). — Ou bien, par ces mots il prévient les apôtres, afin que, lorsque les événements arriveront, ils abandonnent Jérusalem et la Judée, car ce ne sera pas encore la fin du monde, la désolation de tout le pays et la ruine suprême de Jérusalem et du temple devant

(1) Cette citation ne se retrouve pas dans Rabanus, mais elle est dans la Glose sans citation d'auteur.

bra nascuntur), sive de ipso fine in quo apparebit vivos judicaturus et mortuos. Cum itaque signa dicat quæ ad ista tria pertinent, quod eorum trium signorum ad aliquid horum referendum sit, diligenter considerandum est; ne forte quod pertinet ad unum, referendum putemus ad alterum. CHRYS., in homil. (76, ut sup.). Hic autem loquitur de præliis quæ Hierosolymis erant futura, cum dicit illis: Audituri enim estis prælia et opiniones præliorum. ORIG. (tract. 28, in Matth.). Qui audit ipsas voces quæ fiunt in præliis, audit prælia; qui autem de præliis longe gestis audit, opiniones vel rumores audit præliorum.

CHRYS., in homil. (76, ut sup.). Quia vero per hoc turbari etiam discipuli pote-

rant, ideo subdit: Videte ne turbemini. Deinde quia æstimabant post istud bellum quod Hierusalem destrueretur, statim finem mundi esse venturum, eos in vera opinione stabilit, dicens: Oportet enim hæc fieri; sed nondum statim est finis. HÆB. Id est, non putemus diem instare judicii, sed in tempus aliud reservari: cujus signum perspicue in consequentibus ponitur: Consurget enim gens in gentem, et regnum, etc. RAB. Vel admonentur apostoli ne his advenientibus terreantur, ut Hierosolymam Judæamque deserant: quia non statim finis, sed in quadragesimum annum desolatio provincie ultimunque urbis et templi sequetur excidium: de quibus subditur: Consurget enim gens in gentem, et regnum in regnum.

arriver après quarante années, et c'est de ces événements dont il est dit : « Une nation s'élèvera contre une autre nation, et un royaume contre un autre royaume. » Or, il est certain qu'il arriva alors des malheurs extrêmes qui désolèrent toute la province. — S. CHRYS. — Ensuite, pour établir qu'il combattait lui-même contre les Juifs, il annonça non-seulement des guerres, mais des maux venant de la main de Dieu : « Et il y aura des pestes et des famines, et des tremblements de terre dans le pays. — RAB. — Il est à remarquer que les mots : « Une nation s'élèvera contre une nation, » expriment la division entre les hommes ; et ceux-ci : « Il y aura des pestes, » l'inégalité des corps ; et ces autres : « Des famines, » la stérilité de la terre ; et ces derniers : « Des tremblements de terre dans le pays, » une malédiction venant d'en haut. — S. CHRYS. — Et cela n'arrivera pas seulement selon le cours ordinaire des choses humaines, mais par l'effet d'une colère supérieure, et c'est pour cela qu'il ne se contente pas de les prédire comme événement, et comme événement instantané, mais encore comme ayant une signification à part : « Ce seront là les commencements des douleurs, » c'est-à-dire des maux des Juifs.

ORIG. — Ainsi que les corps sont malades avant de mourir, ainsi il est nécessaire qu'avant que l'univers se dissolve, la terre soit agitée de fréquents mouvements, comme si elle était malade ; que l'atmosphère devienne pestilentielle, contenant une influence mortelle, et que la vertu vitale de la terre, en disparaissant, étouffe les fruits. C'est une conséquence que les hommes tombent dans l'avarice et dans les guerres par la suite de la disette des vivres. Mais comme les insurrections et les guerres viennent quelquefois de l'avarice, et quel-

Constat autem hic acerbissimos dolores, quibus omnis vastata est provincia, ad litteram contigisse. CHRYS., in homil. (ut sup.). Deinde ut ostendat quoniam et ipse præliabitur contra Judæos, non solum bella prænuntiat, sed et plagas divinitus illatas : unde subdit : Et erunt pestilentiæ ; et fames, et terræmotus per loca. RAB. Notandum quod in hoc quod dicit : Consurget gens in gentem, ostenditur perturbatio hominum ; erunt pestilentiæ, ecce inæqualitas corporum ; erit fames, ecce sterilitas terræ ; terræmotus per loca, ecce respectus iræ desuper. CHRYS., in homil. (76, ut sup.). Et non simpliciter hæc fient secundum consuetudinem antea in hominibus existentem, sed

ex ira quæ erit desuper : et propter hoc non simpliciter dixit ea esse ventura, neque repente, sed cum quadam significatione : unde subdit : Hæc autem omnia sunt initia dolorum, id est, judaicorum malorum.

ORIG. (ut sup.). Vel aliter : sicut ægrotant corpora ante mortem, sic necesse est ante corruptionem mundi, ut quasi languens terra frequentibus terræ motibus conquassetur ; aer vim mortiferam concipiens, pestilens fiat ; et vitalis virtus terræ deficiens, suffocet fructus. Consequens autem est ut propter inopiam ciborum, in avaritiam et bella homines excitentur : sed quia insurrectiones et lites interdum fiunt prop-

quefois aussi de l'ambition des princes et de leur désir de la vaine gloire, l'on peut trouver une autre cause plus profonde de ce qui arrivera avant la fin du monde. Ainsi que l'avènement du Christ produisit la paix en plusieurs nations par sa vertu divine, ainsi la charité de plusieurs se refroidira nécessairement à cause du débordement de l'iniquité, et Dieu et son Christ les abandonneront. Les guerres renaîtront, la sainteté n'empêchant plus le développement des causes semences des guerres, et les puissances ennemies, n'étant plus empêchées par le Christ et par ses saints, agiront sans empêchement dans les cœurs des hommes, et pousseront les nations contre les nations, et les royaumes contre les royaumes. S'il est vrai, ainsi que c'est le sentiment de plusieurs, que les famines et les pestes sont les œuvres des anges de Satan, les effets des puissances adverses augmenteront, les disciples du Christ, qui sont le sel de la terre et la lumière du monde, n'étant plus là pour étouffer les semences qu'aura jetées la malice du démon. D'ailleurs, il survenait quelquefois en Israël des pestes et des famines qu'arrêtait la prière des saints (1). C'est avec raison qu'il est dit : « Dans certains lieux, » car Dieu ne veut pas perdre tout le genre humain, mais donner lieu à la pénitence en n'exerçant que successivement ses jugements. Or, si à l'avènement de tous ces maux ne succède pas l'amendement, les maux ne feront qu'augmenter : « Ce seront là les commencements des maux, » qui suivront contre les impies et qui les tourmenteront par les douleurs les plus aiguës.

(1) Ainsi de Samuel (1 Rois, 12), et de Jérémie (c. 14, v. 15), d'Elie (3 Rois, c. 17 et 18), et d'Elisée (4 Rois, c. 2, 3, 6, 7 et 8).

ter avaritiam, interdum autem propter concupiscentias principatus et gloriam vanam, adhuc profundiorum dabit aliquis causam eorum quæ ante finem mundi sunt ventura : sicut enim adventus Christi in pluribus gentibus divina virtute fecit pacem, sicut consequens est ut propter abundantiam iniquitatis refrigerit caritas multorum, et ideo dereliquerit illos Deus et Christus ejus, iterum fieri prælia, dum non prohibentur a sanctitate operationes seminatrices bellorum ; sed adversariæ virtutes, dum non ventantur a sanctis, et a Christo, absque prohibitione operabuntur in cordibus hominum, ut excitent gentem adversus gentem, et regnum adversus regnum. Si autem (sicut quibusdam placet) et famas et pestilentiam ab

angelis Sathanæ fiunt, hæc etiam tunc invalescent ab adversis virtutibus, quando non fuerint sales terræ et lux mundi Christi discipuli, destruentes quæ ex dæmonum malitia seminantur : et aliquando quidem in Israel famas et pestilentiam fiebant propter peccata, quas orationes sanctorum solvebant. Bene autem per loca ; non enim insimul vult Deus perdere humanum genus, sed judicans per partes, dat penitentiam locum (*Sap.*, 12). Si autem incipientibus hujusmodi malis non fuerit facta correptio, proficient ad pejus : unde sequitur : Hæc autem omnia initia sunt dolorum qui secuturi sunt adversus impios, ut in doloribus acutissimis crucientur.

HIER. Mystice autem videtur regnum

S. JÉR. — Au sens mystique, il y a aussi un royaume qui se lève, et une peste, celle de ces hommes dont la parole mord comme un cancer; et une famine, la faim de la parole de Dieu; et un tremblement de toute la terre; et une séparation de la vraie foi, qui doit être surtout considérée dans les hérétiques, qui, en se combattant les uns les autres, assurent la victoire de l'Eglise. — ORIG. — Il est nécessaire que tout cela arrive avant que nous voyions la sagesse parfaite qui est dans le Christ, mais ce ne sera pas cette fin que nous cherchons, car cette fin toute pacifique est bien loin de tels hommes. — S. JÉR. — Au lieu de : « Ce seront là les commencements des douleurs, » on devrait lire : « des enfantements » (1).

*Alors on vous livrera aux magistrats pour être tourmentés, et on vous fera mourir; et vous serez haïs de toutes les nations à cause de mon nom. En ce même temps, plusieurs trouveront des occasions de scandale et de chute, se trahiront, et se haïront les uns les autres. Il s'élèvera un grand nombre de faux prophètes, qui séduiront beaucoup de personnes. Et parce que l'iniquité sera accrue, la charité de plusieurs se refroidira. Mais celui-là sera sauvé, qui persévéra jusqu'à la fin. Et cet Evangile du royaume sera prêché dans toute la terre, pour servir de témoignage à toutes les nations; et c'est alors que la fin doit arriver.*

RAB. — Le Seigneur montre comment Jérusalem et le pays des Juifs méritaient tout ce déluge de maux, en ajoutant : « Alors ils vous livreront, etc. » — S. CHRYS. — Ou bien, les disciples entendant toutes ces prédictions-là étaient dans cette disposition d'esprit de ne point s'en

[1] Probablement qu'au lieu de τῶν ὠδίνων, *des enfantements*, de ὠδίν, on aura lu τῶν ὀδίνων, *des douleurs*, de ὀδύνη. La ressemblance des deux mots grecs vient de ce que l'enfantement n'est qu'une douleur.

consurgere, et pestilentia eorum quorum sermo serpit ut cancer (2 ad Tim., 2), et fames audiendi verbum Dei, et commotio universæ terræ, et a vera fide separatio, in hæreticis magis intelligi, qui contra se invicem dimicantes, Ecclesiæ victoriam faciunt. ORIG. (ut sup.). Oportet autem hæc fieri antequam videamus perfectionem sapientiæ quæ est in Christo; sed non statim erit finis quem quærimus; pacificus enim finis longe est ab hominibus istis. HIER. Quod autem dixit: Hæc omnia initia sunt dolorum, melius transfertur parturitionum, ut quasi conceptus quidam adventus Antichristi, non partus intelligatur.

vos; et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, et invicem tradent, et odio habebunt invicem. Et multi pseudoprophetae surgent, et seducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Et prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus; et tunc veniet consummatio.

RAB. Quo merito Hierosolymis ac provinciæ Judæorum universæ tot irroganda fuerint adversa, Dominus manifestat, subdens: Tunc tradent vos, etc. CHRYS., in homil. (76, ut sup.). Vel aliter: quia discipuli audientes ea quæ de Hierosolyma

*Tunc tradent vos in tribulationem, et occident*

laisser troubler, comme s'il s'agissait uniquement d'un mal qui leur fût étranger, n'attendant pour eux que des biens dont ils avaient un désir extrême. Il les jette dans l'anxiété en leur annonçant de graves malheurs. Auparavant il les avait prémunis contre les déceptions des séducteurs, et maintenant il leur prédit la violence des tyrans par ces mots : « Ils vous jetteront dans les tribulations et vous tueront. » C'est ainsi qu'il intercale avec opportunité la prédiction de leurs maux au récit des malheurs de tous pour les adoucir ainsi ; il les console encore en leur montrant la cause de leurs maux, qui est de souffrir toutes ces choses en son nom : « Et vous serez détestés par tous les hommes à cause de mon nom. — ORIG. — Mais comment le peuple du Christ peut-il être l'objet de la haine même des peuples qui habitent les extrémités de la terre ? A moins que l'on ne dise qu'il y a ici tous pour plusieurs. L'on peut se faire aussi une question à propos de ces mots : « Ils vous tueront, » celle-ci : Pourquoi après ces événements, puisqu'il est constant que, même auparavant, les chrétiens furent livrés à la tribulation ? A quoi l'on peut répondre qu'alors les chrétiens seront livrés à des tribulations telles que l'on n'en avait pas vu auparavant. Ceux qui sont dans le malheur aiment, lorsqu'ils en recherchent la cause, à s'arrêter à une, et il est naturel que l'on dise que les famines, les pestes et les guerres sont l'effet de l'abandon de leurs autels par cette multitude d'hommes qui se font chrétiens. N'ont-ils pas rejeté aussi sur les chrétiens les tremblements de terre ? Et c'est pour cela que l'Eglise a été persécutée.

S. CHRYS. — Après avoir parlé des deux premiers combats, celui des

prædicabantur, sic dispositi erant ut extra turbationem essent, quasi de aliena pœna audientes ; sibi vero prospera superventura sperabant, quæ advenire valde desiderabant ; propter hoc eis gravia prænuntiat, in sollicitudine eos statuens : et prius quidem jusserat eos vigilare contra deceptiones seductorum : nunc autem tyrannorum violentiam eis prædicit, dicens : Tunc tradent vos in tribulationem, et occident vos : opportune enim eorum mala interposuit, mitigationem habentia a communibus malis : nec solum ita eos consolatus est, sed ostendendo tribulationis causam, adjungens quod propter nomen ejus hæc essent passuri. Unde sequitur : Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. ORIG. (ut sup.). Sed quomodo etiam in ultimis

partibus terræ commorantibus gentibus odio habetur populus Christi ? Nisi forte et hic aliquis dicat propter exaggerationem positum omnibus pro multis. Sed et hoc quod dicit : Tunc tradent vos, habet questionem. Nam et priusquam hæc fierent, traditi sunt Christiani in tribulationes. Sed aliquis respondebit, quia tunc maxime tradentur Christiani in tribulationes quemadmodum nunquam. Amant enim qui in calamitatibus sunt, causas earum discutientes, invenire aliquid quod loquantur. Consequens ergo est, ut quasi derelinquentibus hominibus deorum culturam propter multitudinem Christianorum dicant fieri bella, famas et pestilentias ; sed et terræmotus causam dicerent Christianos ; propter quod et persecutiones passæ sunt Ecclesiæ.

séducteurs et celui des ennemis, il parle d'un troisième qui est celui des faux frères : « Et alors plusieurs seront scandalisés, etc. » Voyez aussi Paul pleurant sur cette désertion, et disant : « Au dehors les combats, au dedans les craintes. » Et ailleurs : « Dangers par des faux frères; » c'est de ceux-là dont il dit ailleurs : « Tels sont les faux apôtres, ouvriers hypocrites » (1). Et c'est de ceux-là dont le Sauveur parle de cette manière : « Et s'élèveront plusieurs faux prophètes. » — RÉMIG. — Lorsque la ruine de Jérusalem était imminente, s'élevèrent plusieurs hommes se disant chrétiens et en séduisirent un grand nombre; ce sont ceux que Paul appelle de faux frères, et *Jean des antechrists*. — S. HIL. — Ainsi fut Nicolas, l'un des sept frères, qui en pervertit plusieurs par un faux semblant de vérité, et Simon le magicien, qui, initié aux œuvres diaboliques, déprava un grand nombre d'âmes par ses faux miracles.

S. CHRYS. — Ensuite, ce qui est plus difficile à croire, il montre que de tels faux prophètes ne seront nullement amendés par la charité : « Et comme l'iniquité sera abondante, la charité de plusieurs en sera refroidie, etc. » — RÉMIG. — C'est-à-dire la véritable dilection de Dieu et du prochain; car plus quelqu'un reçoit en lui l'iniquité, plus l'ardeur de la charité tombe dans son cœur. — S. JÉR. — Il faut remarquer qu'il ne nie pas la charité de tous, mais celle d'un grand nombre; car la charité devait subsister dans les apôtres et dans ceux qui devaient leur ressembler d'après cette parole de Paul : « Qui nous séparera de la charité du Christ? » et c'est pour cela qu'il est dit ici :

(1) 2 Corinth., 11, v. 13.

CHRYS., in homil. (76, ut sup.). Postquam autem jam duplex prælium posuit (scilicet quod est a seductoribus, et quod est ab inimicis), consequenter tertium prælium ponit, quod est a falsis fratribus : unde subdit : Et tunc scandalizabuntur multi, etc. Vide autem et Paulum hæc plorantem et dicentem (2 Cor., 7) : Foris pugnae, intus timores. Et alibi (2 Cor., 11) : Pericula in falsis fratribus : de quibus ibi dicit : Tales sunt pseudoapostoli, operarii subdoli : unde et hic subditur : Et multi pseudoprophetae surgent, etc. RÉMIG. Imminente enim captivitate Hierusalem multi insurrexerunt, Christianos se esse dicentes, et multos seduxerunt, quos Paulus nominat falsos fratres (ut sup.). Joannes vero antichristos (in epist. 1, cap. 2).

HILAR. (can. 26, ut sup.). Ut Nicolaus unus ex septem diaconibus fuit, qui multos mentita veritate pervertit; et Simon magus qui Zabolois instructus operibus plures miraculis confictis depravavit.

CHRYS., in homil. (76, ut sup.). Deinde (quod his difficilius est) ostendit quia tales pseudoprophetae nullam mitigationem a charitate accipient : unde sequitur : Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas, etc. RÉMIG. Id est, vera dilectio erga Deum et proximum : nam quanto magis ab unoquoque iniquitas suscipitur, tanto magis in corde ipsius ardor charitatis extinguitur. HILAR. Considerandum autem quod non negavit omnium fidem (vel charitatem), sed multorum : nam in apostolis et eorum similibus permansura est charitas,

« Celui qui persévérera jusqu'à la fin, celui-là sera sauvé. » — RÉMIG. — Jusqu'à la fin, c'est-à-dire jusqu'au terme de leur vie, car celui qui aura persévéré jusqu'au terme de sa vie dans la charité et dans la confession du nom du Christ, celui-là est sauvé.

S. CHRYS. — Enfin pour que l'on ne dise pas : « Comment pourrions-nous vivre au milieu de tant de maux ? » il leur annonce ce qui est plus que de vivre, c'est qu'ils seront les docteurs de l'univers entier : « Et cet Evangile du royaume sera prêché dans tout l'univers. » — RÉMIG. — Le Seigneur sachant que le cœur de ses disciples serait attristé de cette ruine de Jérusalem et de la perte de leur nation, il leur donne cette consolation qu'il y en aurait un plus grand nombre qui croiraient de parmi les nations qu'il n'y en aurait qui périraient des Juifs. — S. CHRYS. — Quant à ceci que l'Evangile ait été annoncé en tous lieux même avant la ruine de Jérusalem, entendez ce que dit Paul : « Leur voix s'est répandue par toute la terre, » et voyez-le voler lui-même de Jérusalem en Espagne. Si un seul a pris toute cette partie de la terre, pensez ce qu'ont dû faire tous les autres. C'est pourquoi nous trouvons ces mots dans une parole qu'il dit sur l'Evangile à ceux auxquels s'adresse son épître : « Qui fructifie et croît dans toute créature qui vit sous le ciel » (1). C'est là une des plus grandes marques de la puissance du Christ, c'est qu'en guère plus de trente ans son Evangile ait rempli tout l'espace contenu entre les bornes du monde. Mais quoique l'Evangile ait été prêché en tous lieux, tous cependant n'ont pas cru en lui; c'est pour cela que le Sauveur

(1) Cette courte citation appartient au v. 6 et au v. 23 de l'ép. aux Coloss.

de qua Paulus dicit (*Rom.*, 8) : Qui nos separabit a charitate Christi? Propter quod et hic subditur : Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. RÉMIG. Usque in finem dicit usque ad terminum vitæ suæ : qui enim usque ad terminum vitæ suæ in confessione nominis Christi perseveraverit et in charitate, salvus factus est.

CHRYS., in homil. (76, ut sup.). Deinde ne dicerent : Qualiter ergo inter tot mala vivemus? quod plus est promittit, quod non solum viverent, sed etiam ubique docerent : unde subditur : Et prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbi. RÉMIG. Quia enim noverat Dominus corda discipulorum contristanda esse de excidio Hierusalem et perditione suæ gentis, hoc solatio consola-

tur eos, quod multo plures credituri erant de gentibus, quam de Judæis perirent. CHRYS., in homil. (ut sup.). Quod autem et ante captionem Hierosolymæ ubique prædicatum est Evangelium, audi quod ait Paulus (*Rom.*, 10) : In omnem terram exivit sonus eorum (*ex Psal.* 18), et vide eum a Hierusalem ad Hispaniam currentem. (*Rom.*, 15). Si autem unus tantam portionem accepit, excogita, reliqui quanta operati sunt. Unde et quibusdam scribens de Evangelio dicit (*Coloss.*, 5) : Quod fructificat et crescit in omni creatura quæ sub celo est. Hoc autem est maximum signum virtutis Christi, quod in triginta annis vel parum amplius Evangelii sermo fines orbis terrarum implevit. Quamvis autem Evangelium ubique prædicatum fuerit, non tamen



ajoute : « En témoignage à toutes les nations, » c'est-à-dire comme accusation contre ceux qui ne croiront pas, ceux qui auront reçu la foi servant de témoins contre ceux qui ne l'auront pas acceptée et les condamnant. Il est naturel que Jérusalem périsse au moment où l'Évangile a été prêché sur tout le globe : « Et alors arrivera la consternation, » c'est-à-dire la fin de Jérusalem. Ceux qui avaient vu la puissance du Christ brillant partout et victorieuse du monde en si peu de temps, quel pardon pouvaient-ils mériter en persistant dans leur ingratitude ?

RÉMIG. — L'on peut rapporter plus sûrement encore ce passage à la fin du monde. Alors « plusieurs seront scandalisés, » et abandonneront la foi en voyant le grand nombre et les richesses des méchants, et les miracles de l'antechrist ; et ils « poursuivront leurs frères ; » et l'antechrist enverra « de faux prophètes qui en séduiront un grand nombre ; et l'iniquité abondera, » par le nombre qui s'augmentera des méchants ; et la charité se refroidira à cause de la diminution du nombre des bons. — S. JÉR. — Le signe de l'avènement du Sauveur sera la prédication dans tout l'univers de l'Évangile, de manière que personne ne soit excusable. — ORIG. — Mais comment peut-on entendre ceci : « Vous serez en haine à tous les hommes à cause de mon nom ? » si ce n'est qu'en remarquant que déjà toutes les nations s'étant réunies contre le christianisme, lorsque se réaliseront les prédications du Christ ; ce ne seront plus des persécutions partielles, mais une persécution générale contre le peuple de Dieu. — S. AUG. — Mais il n'est pas prouvé par des documents assez certains que cette parole : « L'É-

omnes crediderunt; propter quod subdit : In testimonium omnibus gentibus, id est, in accusationem his qui non crediderint : qui enim crediderunt, testabuntur adversus eos qui non crediderunt, et condemnabunt eos. Convenienter autem postquam prædicatum est Evangelium per orbem terrarum, tunc Hierosolyma periit : unde sequitur : tunc veniet consummatio, id est, finis Hierosolymorum : qui enim viderunt Christi virtutem ubique refulgentem, et in brevi tempore orbem terrarum supergressam, quam veniam habere debuerant in ingratitude permanentes ?

RÉMIG. Potest autem et totius loci iste referri ad consummationem seculi. Tunc enim plurimi scandalizabuntur recedentes a fide, videntes multitudinem et divitias malorum, et miracula Antiochristi ;

et consocios persequentur; et Antiochristus mittet pseudoprophetas qui seducent multos; et abundabit iniquitas, quoniam numerus malorum augebitur; et refrigescet charitas, quoniam numerus bonorum minuetur. HIER. Signum etiam dominici adventus est in toto orbe Evangelium prædicari, ut nullus sit excusabilis. ORIG. (tract. 28, in Matth.). Quod autem dicitur : Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, sic salvare quis poterit; quia nunc quidem in unum consenserunt omnes gentes adversus Christianos, cum autem contigerint quæ Christus prædixit, tunc fient persecutiones jam non ex parte sicut ante, sed generaliter ubique adversus populum Dei. AUG., ad Hesychium (epist. 80, ut sup.). Sed qui putant hoc quod dicitur : Prædicabitur Evangelium regni in universo

vangile du royaume sera prêché dans tout l'univers, » ait été réalisée, ainsi que le pensent plusieurs, par les apôtres. Il est encore dans l'Afrique un nombre infini de peuplades barbares chez lesquelles, au dire de ceux qui sont revenus d'au milieu d'elles après y avoir été captifs, l'Évangile n'a pas encore été prêché. L'on ne peut en aucune manière affirmer qu'elles n'appartiennent pas à cette promesse de Dieu, car ce ne sont pas seulement les citoyens de l'empire romain, mais bien toutes les nations, que le Seigneur a promis par serment au rejeton d'Abraham (1). Or, il faut que l'Église arrive à toutes les nations non pas cependant de manière à y soumettre tous les hommes à la foi; car alors comment se réaliserait cette parole : « Vous serez en exécration à tous les hommes? » parole qui suppose dans toutes les nations, des hommes en exécration et d'autres qui les ont en exécration. Cette prédication n'a pas été entièrement réalisée par les apôtres, puisqu'il est encore des nations chez lesquelles cette prédication n'a pas commencé encore à être réalisée. Quant à ce que dit l'Apôtre : « Le son de leur voix est parvenu aux extrémités du monde, » il faut remarquer que cette parole dans sa bouche, comme dans celle du prophète à qui on l'a empruntée, doit être prise non pas comme exprimant un fait passé et entièrement accompli, mais un fait dans l'avenir. Il nous montre l'Évangile croissant et fructifiant dans tout l'univers, pour nous montrer jusqu'où il parviendrait par son développement. Si donc nous ne savons pas quand l'Évangile remplira le monde entier, il est incontestablement douteux quand arrivera la fin du monde, car elle n'arrivera pas avant. ORIG. — Lors donc que toute

(1) Gen., 12, v. 3; 18, v. 18; 22, v. 18; 26, v. 4; 28, v. 14.

orbe, per ipsos apostolos factum esse, non ita esse certis documentis probatum est. Sunt enim in Africa barbaræ innumerabiles gentes, in quibus nondum prædicatum esse Evangelium ex his qui ducuntur inde captivi, addiscere in promptu est : neque tamen ullo modo recte dici potest, istos ad promissionem Dei non pertinere : non enim Romanos solum, sed omnes gentes Dominus seminari Abrahæ jurando promisit. In quibus ergo gentibus nondum est Ecclesia, oportet quod sit, non ut omnes qui ibi fuerint credant : quomodo enim et illud implebitur : Eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum, nisi in omnibus gentibus sint et qui oderint, et quos oderint? Non est igitur ab

apostolis prædicatio ista completa, quando adhuc sunt gentes et quibus nondum cœpit impleri. Quod autem dixit Apostolus [Rom., 10] : In omnem terram exivit sonus eorum, quamvis locutio sit præteriti temporis, verbis tamen quod futurum erat dixit, non quod jam factum atque completum, sicut et ipse Propheta quo usus est teste (Psal. 13). Sed fructificare et crescere dixit Evangelium in universo mundo, ut ita significaret usquequo crescendo esset venturum. Si ergo latet quando Evangelio universus orbis implebitur, procul dubio latet quando finis erit; ante quippe non erit. ORIG. (ut sup.). Cum ergo omnis gens audiverit Evangelii prædicationem, tunc

ergo dixerint vobis : Ecce in deserto est, etc. HILAR. (ut sup.). Nam pseudoprophetae (de quibus supra dixerat) nunc in desertis Christum esse dicent, ut homines errore depravent; nunc in penetralibus asserent eum esse, ut homines dominantis Antichristi potestate concludant : sed Dominus se nec loco occultandum, nec a singulis seorsum contuendum esse profitetur; sed ubique et in conspectu omnium præsentem se futurum esse denuntiat : unde sequitur : Sicut enim fulgur exit ab Oriente et paret usque in Occidentem, sic, etc.

CHRYS., in homil. (77, ut sup.). Sicut enim supra prædixit qualiter Antichristus venturus est, ita et per hoc ostendit quali-

ter ipse sit venturus : sicut enim fulgur non indiget annuntiante aut præcone, sed in momento temporis monstratur secundum universum orbem terrarum, etiam his qui in thalamis sedent; ita et adventus Christi simul apparebit ubique, propter gloriæ fulgorem. Consequenter autem dicit et aliud signum sui adventus, cum subdit : Ubicumque fuerit corpus, congregabuntur et aquilæ, etc. per aquilas multitudinem angelorum, martyrum et sanctorum omnium designans. HIER. De exemplo enim naturali quod quotidie cernimus, Christi instrui-mur sacramento. Aquilæ enim et vultures etiam transmarina dicuntur sentire cadavera, et ad escam hujusmodi congregari.

jaillira de l'orient, et brillera en même temps jusque dans l'occident? Nous pouvons aussi entendre par le *corps* (σωμα, ou bien, πτώμα (1), cadavre, parce qu'il tombe par la mort), la passion du Christ. — S. HIL. — Afin que nous n'ignorions pas dans quel lieu il viendra, il ajoute : « Partout où sera le corps, se rassembleront les aigles. » Il appelle les saints des aigles à cause du vol de leur âme, et il nous les montre se réunissant, conduits par les anges, dans le lieu de sa passion; et il est convenable que là où le Sauveur nous a conquis la glorieuse éternité par les humiliations de sa passion corporelle, se révèle la gloire de son avènement. — ORIG. — Remarquez qu'il ne dit pas : Partout où sera le corps, se rassembleront les vautours ou les corbeaux, mais les *aigles*, voulant exprimer ainsi la magnificence et la royauté de tous ceux qui ont cru en la passion du Seigneur. — S. JÉR. — Ils sont appelés aigles ceux dont la jeunesse s'est renouvelée comme celle de l'aigle, et qui ont reçu des ailes pour accourir à la passion du Sauveur. — S. GRÉG. (2). — Ces mots : « Partout où sera le corps se réuniront les aigles, » peuvent s'entendre ainsi : Comme je siège incarné sur le trône du ciel, je délivrerai les âmes des élus avec leur corps, je les soulèverai jusqu'aux choses célestes. — S. JÉR. — Ce qui est dit ici peut être entendu des faux prophètes. Au temps de la captivité juive il s'éleva plusieurs princes qui se donnèrent comme des chris, à un point que pendant le siège de Jérusalem par les Romains, le peuple fut divisé en trois factions. D'ailleurs tout ceci, ainsi que

(1) De πτωω, *tomber*.

(2) Chap. 36 de Job.

Si ergo irrationabiles volucres, naturali sensu (tantis terram spatiis separatæ) parvum cadaver sentiunt ubi jaceat, quanto magis omnis multitudo credentium debet ad Christum festinare, cujus fulgur exit ab Oriente, et paret usque ad Occidentem? Possumus autem per corpus (id est, σωμα) (vel πτώμα, quod significantius latine dicitur cadaver, ab eo quod per mortem cadat) passionem Christi intelligere. HILAR. (ut sup.). Unde ut nec loci in quo venturus esset, essemus ignari, dicit : Ubiunque fuerit corpus, ibi congregabuntur et aquilæ. Sanctos de volatu spiritualis corporis aquilas nominavit; quorum congregantibus angelis conventum futurum in loco passionis ostendit; et digne illic claritatis adventus expectabitur, ubi nobis gloriam æternitatis, passione corporeæ humilitatis, operatus est. ORIG. (tract. 30,

in *Matth.*). Et vide quia non dixit : Ubiunque fuerit corpus, ibi congregabuntur vultures, aut corvo, sed, aquilæ, volens ostendere magnificos et regales omnes, qui in passionem Domini crediderunt. HIER. Aquilæ enim appellantur quibus juvenus renovata est, ut aquilæ (*Psal.* 102), et qui assumunt pennas (*Esai.*, 40), ut ad Christi veniant passionem. GREG., 31, *Moral.* (cap. 22). Potest etiam intelligi : Ubiunque fuerit corpus congregabuntur et aquilæ: ac si dicat : Quia cœlesti sedi incarnatus præsideo, electorum animas cum carne solvero, ad cœlestia sublevaro.

HIER. Val aliter : quod hic dicitur, de pseudoprophetis intelligi potest : multi enim tempore captivitatis judaicæ principes extitere, qui Christos se esse dicerent, in tantum ut obsidentibus Romanis, tres intus

cela a été dit, doit s'entendre plutôt de la fin du monde. L'on peut, en troisième lieu, l'entendre du combat des hérétiques contre l'Église, et de ces antechrists qui s'élèvent contre le Christ sous la bannière des opinions d'une fausse science. — ORIG. — En général l'on ne doit admettre qu'un seul antechrist, mais les espèces dans lesquelles il se présente sont nombreuses. Nier cela, c'est comme si l'on disait : « Un mensonge n'est pas différent d'un autre mensonge. » Or, comme les saints prophètes appartenaient au véritable Christ, ainsi vous devez ranger sous la bannière du faux Christ la multitude de faux prophètes qui prêchent comme étant la vérité les erreurs d'un certain antechrist. Lors donc que l'on entendra dire : « Le Christ est ici ou là, » il ne faudra pas porter ses regards en dehors de l'Écriture, car c'est dans la loi ou dans les prophètes, ou dans les écrits des apôtres qu'ils puisent ce qui paraît défendre le mensonge. Ou bien, ces mots : « Voici que le Christ est ici, voici qu'il est là, » s'appliquent non au Christ, mais à quelque imposteur qui se sera emparé de son nom, comme serait, par exemple, un sectateur de la doctrine de Marcion, ou de Basile ou de Valentin. — S. JÉR. — Si quelqu'un vous a donné cette fausse espérance que vous trouverez le Christ dans le désert de l'idolâtrie ou dans la doctrine philosophique, ou dans les réduits ténébreux des hérétiques qui vous flatteront de vous révéler les secrets de Dieu, ne le croyez pas. Mais tournez vos regards vers cette foi catholique qui de l'orient à l'occident brille dans les Églises. — S. AUG. — Par l'orient et par l'occident, il faut entendre l'univers entier dont devait s'emparer l'Église. Ce mot *foudre*, appliqué au Christ, nous présente le même sens que cette phrase : « Vous verrez le Fils de l'homme venant dans les nuées, »

fuerint factiones : sed melius de consummatione mundi dicitur, ut expositum est. Potest autem et tertio de hæreticorum contra Ecclesiam pugna intelligi, et de istiusmodi antichristis, qui sub opinione falsæ scientiæ contra Christum dimicant. ORIG. (tract. 29, in *Matth.*). Generaliter enim unus est Antichristus; species autem ejus multæ : tanquam si dicamus : Mendacium nihil differt a mendacio. Sicut autem veri Christi fuerunt sancti prophetæ, sic intellige secundum unumquemque pseudochristum multos ejus falsos prophetas, qui antichristi alicujus falsos sermones prædicant quasi veros. Quando ergo dicet aliquis : Ecce hic est Christus, ecce illic : non extra Scripturam foras aspiciendum est : ex

lege enim, et prophetis, et apostolis profuerunt, quæ videntur defendere mendacium. Vel per hoc quod dicit : Ecce hic est Christus, ecce illic, ostendunt, non Christum, sed aliquem fictum ejusdem nominis; ut puta secundum Marcionis doctrinam, aut Valentini, et Basilidis. HIER. Si quis ergo promiserit vobis quod in deserto Gentilium et philosophorum dogmate Christus moretur, aut hæreticorum penetralibus, qui Dei pollicentur arcana, nolite credere; sed quod ab Oriente usque ad Occidentem fides catholica in ecclesiis fulget. AUG., *De quæst. Evang.* (lib. 11, cap. 38). Orientis et Occidentis nomine, totum orbem voluit significare, per quem futura erat Ecclesia. Secundum autem illum sensum quo dixit [*Matth.*, 26, vers. 64]:

car la foudre brille ordinairement dans les nuées. Après cet établissement clair et évident de l'autorité de l'Église par tout l'univers, c'est avec raison qu'il peut recommander aux disciples et à tous les fidèles de ne point croire aux schismatiques ou aux hérétiques. Tout schisme et toute hérésie ont un lieu, une place qu'ils occupent dans l'univers, ou bien, c'est dans des réunions occultes et obscures qu'ils séduisent la curiosité humaine, et c'est ce que veulent exprimer ces mots : « Si quelqu'un vous dit : Le Christ est ici ou là, ne le croyez pas, » pour ce qui regarde une partie de la terre ou une province ; et ceux-ci : « Dans les lieux cachés ou le désert, » pour ce qui concerne les réunions occultes et obscures des hérétiques. — S. JÉR. — Ou bien, ces mots : « Dans le désert » et « dans les endroits cachés, » expriment que les faux prophètes trouveront moyen de tromper dans les temps de persécution et d'angoisses.

ORIG. — Ou bien, toutes les fois qu'ils se servent, pour appuyer leur erreur, d'écrits inconnus et non reconnus, ils paraissent dire par là : « Voici que la parole de vérité est dans la solitude, » tandis que, lorsqu'ils s'appuient sur les Écritures canoniques admises par tous les chrétiens, ils semblent dire par là : « Voici que la parole de vérité est dans vos demeures. » Mais les promesses ne doivent pas nous faire sortir de la tradition ecclésiastique. Le Sauveur nous prévient contre ceux dont la parole est tout-à-fait étrangère à l'Écriture, en nous disant : « Si l'on vous dit : Le voici dans la solitude, » ne sortez pas de la règle de la foi ; et il nous désigne ceux qui ont le semblant des divines Écritures par ceux-ci : « Si l'on vous dit : Voici qu'il est dans les retraites de

Amodo videbitis Filium hominis venientem in nubibus, convenienter etiam nunc fulgur nominavit, quod maxime solet micare de nubibus. Constituta ergo auctoritate Ecclesie per orbem terrarum clara atque manifesta, convenienter discipulos admonet, atque omnes fideles, ne schismaticis atque hæreticis credant. Unumquodque enim schisma, et unaquæque hæresis, aut locum suum habet in orbe terrarum, aliquam tenens partem ; aut obscuris atque occultis conventiculis, curiositatem hominum decipit : quo pertinet quod ait : Si quis vobis dixerit : Ecce hic est Christus aut illic (quod significat terrarum partes aut provinciarum), aut in penetralibus, aut in deserto ; quod significat occulta et obscura conventicula hæreticorum. HIER. Vel per hoc quod dicit : In deserto et in penetrali-

bus, ostenditur quod persecutionis et angustiarum tempore semper pseudopropheta decipiendi invenient locum.

ORIG. (tract. 29, ut sup.). Vel quando secretas et non vulgatas Scripturas proferunt ad confirmationem mendacii sui, videntur dicere : Ecce in solitudine verbum est veritatis. Quoties autem canonicas proferunt scripturas, quibus omnis Christianus consentit, videntur dicere : Ecce in domibus est verbum veritatis : sed nos exire non debemus a prima ecclesiastica traditione : vel eos sermones qui sunt omnino extra Scripturam ostendere volens, dixit : Si dixerint vobis : Ecce in solitudine est, nolite exire de regula fidei : eos autem qui simulant divinas Scripturas ostendere volens, dixit : Si dixerint vobis : Ecce in penetralibus est, nolite credere : veritas enim si-

vos demeures, ne le croyez pas. » En effet, la vérité est semblable à l'éclair qui sort de l'orient et apparaît jusque dans l'occident. Cette comparaison de la vérité à l'éclair veut peut-être dire que l'éclat de la vérité est sous la protection de tout passage de l'Écriture. L'éclair de la vérité sortit de l'orient, c'est-à-dire des commencements du Christ, et on le voit se continuer jusqu'à sa passion, qui est son couchant ; ou bien on le voit commencer tout-à-fait à l'origine de la création du monde et aller jusqu'à la dernière ligne des écrits des apôtres. L'orient aussi peut être la loi, et l'occident la fin de la loi et les prophéties de Jean. L'Église seule n'enlève rien à l'expression ou au sens de cette vérité comparée à un éclair, et ne lui ajoute rien sous prétexte que c'est une prophétie. Enfin tout ce passage veut peut-être nous prévenir de ne point porter notre attention à ceux qui nous disent : « Voici le Christ, » et qui ne le montrent pas dans l'Église dans laquelle est contenu tout l'avènement du Fils de l'homme, dont voici les paroles : « Voici que je suis avec vous tous les jours jusqu'à la consommation des temps. »

S. JÉR. — Ces mots nous conviennent à la passion du Christ et à la méditer dans tous les passages qui la contiennent (1), afin que, par elle, nous puissions parvenir jusqu'au Verbe de Dieu.

*Aussitôt après ces jours d'affliction, le soleil s'obscurcira, et la lune ne donnera plus sa lumière, les étoiles tomberont du ciel, et les puissances des cieux seront ébranlées. Alors le signe du Fils de l'homme paraîtra dans le ciel, et tous les peuples de la terre seront dans les pleurs et dans les gémissements.*

Le Seigneur, après avoir prémuni les fidèles contre la sédition de

(1) « Ils ont percé mes mains et mes pieds (ps. 21, v. 18), conduit à la boucherie comme une victime » (Isaïe, 53, v. 7). Ces passages et d'autres sont cités ici par saint Jérôme.

milis est fulguri egredienti ab Oriente, et apparenti usque ad Occidentem : vel hoc dicit, quoniam veritatis fulgur ex omni Scripturarum loco defenditur. Exit ergo veritatis fulgur ab Oriente, id est, ab initiis Christi; et apparet usque ad passionem ipsius in qua est occasus ejus : vel a primo initio creaturæ mundi usque ad novissimam apostolorum Scripturam : vel Oriens quidem est lex ; Occidens autem finis legis et prophetiæ Joannis : sola autem Ecclesia neque subtrahit hujus fulguris verbum et sensum, neque addit quasi prophetiam ali-

quid aliud : vel hoc dicit, quod non debemus attendere eis qui dicunt : Ecce hic Christus ; non autem ostendunt eum in Ecclesia, in qua tota totus est adventus Filii hominis, dicentis (Matth., 28) : Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

HIER. Provocamur autem ad passionem Christi ; ut ubicunque in Scripturis legitur, congregemur ; ut per illam venire possimus ad Verbum Dei.

*Statim autem post tribulationem dierum illo-*

l'antechrist et de ceux qui le servent, en annonçant son avènement, montre maintenant l'ordre et le mode de son avènement par ces mots : « Or, aussitôt après la tribulation de ces jours, le soleil s'obscurcira, etc. » — S. CHRYS. — Il dit la tribulation des jours de l'antechrist et des faux prophètes. Cette tribulation sera grande, car il y aura beaucoup de mensonges, mais elle ne s'étendra pas dans un long espace de temps, car si la guerre contre la Judée a été abrégée à cause des élus, la tribulation de ces jours devra l'être à plus forte raison; c'est pour cela qu'il est dit non-seulement *après la tribulation*, mais *aussitôt*, car ce sera tout de suite qu'arrivera le Christ. — S. HIL. — Il indique quelle sera la gloire de cet avènement par ce soleil obscurci, cette lune qui défaille, ces étoiles qui tombent : « Et la lune ne donnera pas sa lumière, et les étoiles tomberont du ciel.

ORIG. — L'on peut dire qu'ainsi que dans les grands incendies l'on voit tout d'abord comme s'élever des ténèbres portées par la fumée épaisse, ainsi, à la fin du monde, les grands flambeaux du jour seront obscurcis par l'incendie qui éclatera, et la lumière des étoiles pâlisant, le reste de leur vaste corps ne s'élevant plus aux regards paraîtra tomber des cieux comme il avait paru s'y élever au moment où, au commencement du monde, la lumière lui avait été communiquée. A ces événements il arrivera infailliblement que les puissances spirituelles des cieux, prises de stupeur, seront comme ébranlées et émues, ce qui faisait l'objet de leur ancienne administration venant à leur manquer : « Et les puissances des cieux seront ébranlées, et alors

*rum sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellæ cadent de cælo, et virtutes cælorum commovebuntur; et tunc apparebit signum Filii hominis in cælo; et tunc plangent omnes tribus terræ.*

GLOSSA. Postquam Dominus præmunit fideles contra seditionem Antichristi et ministrorum ejus, ostendens se manifeste esse venturum, nunc ordinem et modum sui adventus demonstrat, dicens : Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, etc. CHRYS., in homil. (72, ut sup.). Tribulationem dicit dierum Antichristi et pseudoprophetarum; tribulatio enim tunc erit magna, tot existentibus deceptoribus; sed non extendetur per temporis longitudinem : si enim judaicum bellum propter electos decurtatum est, multo magis propter eos hæc tribulatio ab-

breviabitur : et propter hoc non simpliciter dixit : Post tribulationem; sed addidit, statim : ipse enim confestim aderit. HILAR. (can. 20, in Matth.). Gloriam autem adventus sui indicat obscuritate solis, et defectione lunæ et casu stellarum : nam sequitur : Et luna non dabit lumen suum, et stellæ cadent de cælo.

ORIG. (tract. 30, in Matth.). Dicit autem aliquis : Sicut in magnis ignibus succendi incipientibus tenebræ ex fumo plurimo videntur extolli, sic in consummatione mundi ab igne qui succendendus est, obscurabuntur etiam luminaria magna; et marcescente stellarum lumine reliquum earum corpus cum exaltari non valet, sicut primum cum a lumine ipso portatum extollebatur, cadet de cælo. His accidentibus consequens est cælorum rationabiles virtutes patientes stuporem et commotionem ali-

paraîtra dans les cieux le signe du Fils de l'homme, » c'est-à-dire le signe qui a fait toutes les choses célestes, en d'autres termes cette puissance qui produisit le Fils de l'homme suspendu à la croix. Son grand signe paraîtra dans les cieux afin que les hommes de toutes les nations, qui n'avaient pas cru à la prédication qui leur avait été faite du christianisme, pleurent et gémissent sur leurs péchés et sur leur ignorance, à la vue de ce signe qui est celui du christianisme : « Et alors pleureront toutes les tribus de la terre. » L'on peut croire aussi qu'ainsi qu'une lampe meurt faute d'être alimentée, ainsi s'obscurciront le soleil et la lune, et tombera l'éclat des étoiles, ces lampes du ciel manquant d'aliment. Mais comment peut-il être dit ici que la lumière du soleil s'obscurcira alors que le prophète Isaïe annonce comme un progrès du ciel pour la fin du monde, le même prophète ajoutant que la lune sera comme le soleil. Quant aux étoiles, il en est qui s'efforcent de prouver que toutes ou presque toutes sont plus grandes que la terre. Comment pourront-elles tomber des cieux, la terre ne suffisant pas à contenir leur étendue? — S. JÉR. — Ce n'est donc pas par la diminution de la lumière que ces choses arriveront, puisque nous lisons dans Isaïe que le soleil aura sept fois plus de lumière; mais en présence de la véritable lumière, tout ce qui appartient à la vue du corps ne sera que ténèbres. — RAB. — Rien cependant n'empêche d'entendre ceci dans son sens réel, que le soleil et la lune, ainsi que les autres astres, seront privés momentanément de leur lumière, ainsi qu'il est certain que cela arriva pour le soleil pendant la passion du Sauveur, et c'est ce qui explique les paroles de Joël :

quam pati et conturbari; remotas scilicet a primis functionibus suis: unde sequitur: Et virtutes cœlorum commovebuntur; et tunc apparebit signum Filii in hominis in cœlo, scilicet signum quo cœlestia facta sunt, id est, virtus quam operatus est Filius suspensus in ligno: et in cœlo apparebit maxime signum illius, ut homines de omnibus tribubus quæ prius non crediderunt Christianitati annuntiatæ, tunc recognoscentes per signum illud manifestatam, plangent et lamententur propter ignorantiam suam atque peccata: unde sequitur: Et tunc plangent omnes tribus terræ. Alius autem aliter arbitrabitur, quoniam sicut lucernæ paulatim deficit lumen, sic cœlestium luminaum deficiente nutrimento sol obscurabitur et luna, et stellarum lumen deficiet; et quod remanserit in eis, quasi

terrenum cadet de cœlo. Sed quomodo potest dici de sole, quoniam obscurabitur lumen ejus? cum Esaias propheta profectum aliquem solis in consummatione fore declarat (cap. 30). Similiter et de luna Esaias refert (ibidem), quoniam erit sicut sol. De stellis autem quidam dicere tentant, aut omnes aut plures earum majores esse tota terra: quomodo ergo cadent de cœlo, cum magnitudini earum non sufficiat terra? HIER. Non ergo diminutione luminis hujusmodi accident; alioquin solem legimus septuplum habiturum luminis (Esaiæ, 30, ut sup.); sed comparatione veræ lucis omnia visui apparebunt tenebrosa. RAB. Nihil tamen prohibet intelligi cæteris sideribus ad tempus suo lumine privari (sicut de sole factum constat tempore dominicæ passionis),



« Le soleil sera changé en ténèbres et la lune en sang, avant qu'advienne le grand et éclatant jour du Seigneur. » Du reste, après le jugement accompli, aux premières clartés de la gloire de la vie future, alors que commenceront un ciel nouveau et une terre nouvelle (1), se réalisera ce qu'a prédit le prophète Isaïe par ces mots : « La lumière de la lune sera comme celle du soleil, et la lumière du soleil sera septuplée. » Quant à ce qui est dit des étoiles : « Les étoiles tomberont du ciel, » il est dit dans Marc : « Et les étoiles seront se détachant du ciel, » c'est-à-dire manquant de leur lumière.

S. JÉR. — Comprendons par *ces vertus des cieux* les foules des anges. — S. CHRYS. — C'est avec raison qu'elles seront émues et ébranlées en voyant un tel changement, leurs compagnons punis, et la terre convoquée à un terrible jugement.

ORIG. — Ainsi qu'au moment du mystère de la croix, le soleil venant à manquer, les ténèbres se répandirent sur la terre, ainsi à l'apparition du signe du Fils de l'homme dans les cieux, les rayons du soleil, ceux des étoiles et ceux de la lune tomberont comme ne pouvant tenir devant la puissance de ce signe : « Et alors apparaîtra dans le ciel le signe du Fils de l'homme. » Par ces mots : Le signe de la croix, nous devons comprendre que les Juifs verront, ainsi que cela est annoncé dans Zacharie et dans Jean, celui qu'ils ont percé de leur glaive, et le signe de sa victoire.

S. CHRYS. — Si le soleil ne s'obscurcissait point, la lune ne pourrait

[1] « C'est moi qui crée les cieux nouveaux et une terre nouvelle » (Isaïe, 65, v. 17). « Nous attendons des cieux nouveaux et une terre nouvelle » (2 Pierre, 3, v. 13). « Je vis un nouveau ciel et une terre nouvelle » (Apocal., 21, v. 1).

unde Johel dicit (cap. 2, vers. 31) : Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus et manifestus. Cæterum peracto die judicii, at clarescente futuræ gloriæ vita, cum fuerit cælum novum et terra nova, tunc fiet quod Esaias propheta dicit (cap. 30, ut sup.) : Erit lux lunæ, sicut lux solis ; et lux solis erit septempliciter. Quod autem de stellis dictum est : Et stellæ cadent de cælo, in Marco ita scriptum est (cap. 13) : Et stellæ cæli erunt decedentes, id est, suo lumine carentes.

HIER. Per virtutes autem cælorum, angelorum multitudines intelligimus. CHRYS., in hom. 77 (ut sup.). Qui valde decenter commovebuntur vel concutientur, videntes tantam transmutationem fieri, et conservos

suos puniri, et orbem terrarum terribili assistentem judicio.

ORIG. (tract. 30, ut sup.). Sicut autem in dispensatione crucis, sole deficiente, tenebræ factæ sunt super terram, sic et signo Filii hominis apparente in cælo, deficient lumina solis, lunæ et stellarum, quasi consumpta ex multa virtute signi illius : unde sequitur : Et tunc apparebit signum Filii hominis in cælo. Signum autem crucis hoc intelligamus, ut videant juxta Zachariam (cap. 12) et Joannem (cap. 19). Judæi quem compunxerant, et signum victoriæ.

CHRYS., in homil. (77, ut sup.). Si autem sol quidem obtenebraretur, crux non appareret, nisi multo solaribus radiis luculentior esset. Ne autem discipuli verecun-

pas luire, à moins qu'elle ne fût beaucoup plus brillante que les rayons du soleil. Afin que les disciples n'aient pas à rougir et à s'attrister de la croix, le Sauveur la leur présente comme un signe enveloppé de gloire. Or, ce signe de la croix apparaîtra afin de confondre l'insolence des Juifs; car le Christ apparaîtra au jugement en montrant non-seulement ses blessures, mais encore sa mort ignominieuse. « Et alors pleureront toutes les tribus de la terre. » A la vue de la croix, elles comprendront qu'il ne leur a servi de rien de tuer le Sauveur, et que celui qu'elles ont tué était celui qu'il aurait fallu adorer. — S. JÉR. — C'est avec raison qu'il est dit ici « toutes les tribus de la terre, » car il n'y aura à pleurer que ceux qui n'ont pas de droits de cité dans les cieux et dont les noms ne sont écrits que sur les registres de cette terre.

ORIG. — Au sens moral, on peut dire que « ce soleil qui doit s'obscurcir, » c'est le diable qui doit être convaincu et condamné à la fin du monde. N'étant que ténèbres, il veut paraître le soleil, et la lune qui s'éclaire à la lumière de cette espèce de soleil, c'est l'assemblée des méchants s'annonçant souvent comme possédant et devant donner la lumière; alors elle perdra sa lumière et sera couverte de la confusion de ses dogmes démontrés erronés. L'on peut regarder « comme des étoiles tombant du ciel » (*de leur ciel*, bien entendu) tous ceux qui promettaient aux hommes la vérité soit par leurs dogmes, soit par leurs fausses vertus, et qui les séduisaient ainsi par le mensonge. Ces étoiles s'étaient établies dans les hauteurs en s'élevant contre la science de Dieu. Pour appuyer cette manière d'interpréter, rapprochons-en quelques expressions du livre des Proverbes, comme celles-ci : « La lumière des justes est désormais inextinguible,

dentur et doleant de cruce, eam signum nominat cum quadam claritate. Apparebit autem signum crucis, ut Judæorum inverecundiam confutet : adveniet enim Christus in judicio non vulnera solum, sed mortem improbatissimam ostendens : unde sequitur : Et tunc plangent omnes tribus terræ. Visa enim cruce considerabunt quod mortuo eo nihil profecerunt ; et quoniam crucifixerunt eum, quem adorari oportebat. HIER. Recte autem dicit tribus terræ : hi enim plangent qui municipatum non habent in cœlis, sed scripti sunt in terra.

ORIG. Moraliter autem dicet aliquis obscurandum solem esse diabolum, qui in consummatione est arguendus ; cum sit

tenebræ, simulat autem se solem : luna autem quæ videtur ab hujusmodi illuminari sole, est omnis Ecclesia malignantium, quæ frequenter lumen se habere et dare promittit ; tunc autem redarguta cum reprobatis dogmatibus suis claritatem suam amittet : sed et quicumque sive in dogmatibus, sive in virtutibus falsis, hominibus quidem veritatem promittebant, mendaciis autem seducebant, hi convenienter dicendi sunt stellæ cadentes de cœlo (ut ita dicam) suo ; ubi erant in altitudine constitutæ, extollescentes se adversus scientiam Dei. Ad commendationem autem sermonis hujus utemur exemplo proverborum, dicente (cap. 4, vers. 18, juxta 70) : Lumen justorum semper inextinguibile.

tandis que la lumière des impies s'éteindra.» Alors la gloire de Dieu brillera dans tout homme qui a porté l'image de l'homme céleste, et pendant que tout ce qui est céleste se réjouira, tout ce qui est terrestre pleurera. — Ou bien, l'Église est le soleil, la lune et les étoiles, elle a qui il a été dit : « Belle comme la lune, unique comme le soleil.» Or alors « le soleil sera ténébreux et la lune ne donnera plus sa lumière, » parce que l'Église se cachera pour échapper au fer des persécuteurs sévissant outre mesure : « Alors les étoiles tomberont du ciel et les puissances des cieux seront ébranlées, » parce que plusieurs qui paraissent briller de l'éclat de la grâce de Dieu ne tiendront pas devant les persécuteurs et tomberont, et plusieurs seront ébranlés dans les rangs même des fidèles les plus courageux. Si cela est annoncé comme devant arriver après la tribulation de ces jours, ce n'est pas pour dire que les événements n'auront lieu qu'après l'entier écoulement de ces persécutions, mais pour nous apprendre que la défection ne fera que suivre. Mais comme cette défection aura lieu pendant toute la durée de ces jours, non-seulement elle subsistera après, mais elle aura commencé pendant.

*Et ils verront le Fils de l'homme qui viendra sur les nuées du ciel avec une grande puissance et une grande majesté.*

S. CHRYS. — Afin qu'à ce mot de croix ils ne se prissent à penser que c'était le retour du même mystère d'ignominie, il ajoute : « Et l'on verra le Fils de l'homme, etc. » — S. AUG. — Ceci a été dit surtout afin

tinguibile est, lumen autem impiorum extinguetur : tunc claritas Dei apparebit in omni qui portavit imaginem celestis ; et cælestes lætabuntur, terreni autem plangent. Vel Ecclesia est sol, luna et stellæ, cui dictum est (cant. 6) : Speciosa ut luna, electa ut sol. AUG., ad Hesych. (epist. 80, ut sup.). Tunc enim sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum ; quia Ecclesia non apparebit, impiis tunc persecutoribus ultra modum sævientibus : tunc stellæ cadent de cælo, et virtutes cælorum commovebuntur ; quoniam multi qui gratia Dei fulgere videbantur, persequentibus cedent et cadent ; et quidam fideles fortissimi turbabuntur : hoc autem post tribulationem dierum illorum dicitur esse futurum ; non quia transacta tota illa persecutione accidant ista ; sed quia præcedet tribulatio, ut

sequatur quorundam defectio ; et quia per omnes dies illos ita fiet, propterea post tribulationem dierum illorum, sed tamen in eisdem diebus, fiet.

*Et videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute multa et majestate.*

CHRYS., in homil. (77, ut sup.). Quia crucem audiverant, ne rursus existimarent aliquid turpe esse futurum, subjungit : Et videbunt Filium hominis, etc. AUG., ad Hesych. (epist. 80, ut sup.). Cujus quidem promptior sensus est, ut cum hoc quisque audierit vel legerit, ipsum esse adventum accipiat, quando venturus est ad vivos et mortuos judicandos in corpore suo in quo sedet ad dexteram Patris, in quo etiam

que l'on sache bien, après l'avoir lu ou entendu répéter, que son avènement, pour venir juger les vivants et les morts, aura lieu dans le même corps qu'il a fait asseoir à la droite de son Père, ce corps dans lequel il est mort, ressuscité et monté au cieux. Or, comme il est dit dans les Actes des apôtres, « qu'une nuée l'enleva à leurs yeux, » et que ces paroles furent alors dites par les anges : « Il viendra ainsi que vous l'avez vu partir pour le ciel, » il faut croire que, non-seulement il viendra dans le même corps, mais encore dans un nuage.

ORIG. — Ils verront donc des yeux du corps le Fils de l'homme venant avec une apparence humaine dans les nuées du ciel, c'est-à-dire dans les nuées d'en haut; car, ainsi que lorsqu'il se transfigura, une voix vint de la nuée, il en sera de même lorsqu'il viendra transformé en une forme glorieuse; ce ne sera pas sur une seule nuée, mais sur plusieurs nuées qui seront comme son char. Et si, pour que le Fils de l'homme ne touchât pas la terre de ses pieds, ceux qui l'aimaient jonchèrent le chemin de leurs vêtements, ne voulant même pas que l'annonciateur qui le portait touchât lui-même à la terre, qu'y a-t-il d'étonnant que le Père et Dieu de toutes choses prosterner les nuées du ciel sous les pieds de son Fils qui descend pour l'œuvre de la consommation des choses? L'on peut dire qu'ainsi qu'au jour de la création Dieu prit du limon de la terre et en fit l'homme, ainsi, afin qu'apparaisse la gloire du Christ, le Seigneur, prenant dans la nature céleste, lui en fit comme un second corps qui apparut à la transfiguration en une nuée brillante, et à la fin du monde ainsi que des nuées brillantes, et c'est pour cela que ces nuées sont appelées les nuées du ciel, ainsi que ce limon primitif avait été désigné par ces mots : *limon de la terre*. Ne convient-il pas que le Père entoure de tels prodiges son Fils qui s'était

inortuus est, et resurrexit, et ascendit in cœlum; et sicut in Actibus apostolorum legitur (cap. 1) : Nubes suscepit eum ab oculis eorum. Et quia illic dictum est ab angelis : Sic veniet quomodo vidistis euntem in cœlum, merito credendus est, non solum in eodem corpore, verum etiam in nube venturus.

ORIG. (tract. 30, in Matth.). Videbunt ergo oculis corporalibus Filium hominis specie humana venientem in nubibus cœli, id est, supernis : sicut enim cum transformatus est, vox venit de nube (Matth., 17), sic cum veniet iterum in speciem transformatus gloriosam; et non super unam nubem, sed super multas, quæ erunt vehiculum

ejus. Et si quidem, ut ne terram calcaret Filius Dei Hierosolymam ascendens, diligentes eum, straverunt vestimenta sua in via (Matth., 21), neque asellum qui portabat eum volentes terram calcare, quid mirum si Pater et Deus omnium nubes sternat cœlestes sub corpore filii descendentis ad opus consummationis? Dicet autem aliquis quoniam sicut in creatione hominis accepit Deus limum de terra, et finxit hominem, sic, ut appareat gloria Christi, accipiens Dominus de cœlo et de cœlesti corpore, incorporavit primum quidem in transfiguratione in nubem lucidam, in consummatione autem in nubes lucidas; propter quod nubes cœli dicuntur; secundum quod et limus

humilié? C'est pour cela qu'en le revêtant de telles nuées, il a exalté son Fils, non-seulement quant à l'esprit, mais encore quant au corps. Peut-être que ces nuées étaient-elles intelligentes, afin que le char qui portait le Fils de l'homme glorifié ne fût pas dénué d'intelligence. Et d'abord Jésus est venu avec cette puissance par laquelle il faisait des miracles et des prodiges au milieu du peuple; mais toute cette puissance était peu de chose en comparaison de cette puissance qui l'enveloppera à la fin du monde. Cette première puissance était la puissance de celui qui s'anéantissait lui-même. C'est une conséquence qu'il soit rappelé à ce moment à une plus grande gloire qu'il ne le fut sur la montagne. Alors il n'eut que trois témoins de sa transformation, tandis qu'à la fin du monde il paraîtra dans une grande gloire aux yeux de l'univers entier, afin que tous les hommes le voient glorifié.

S. AUG. — Mais il faut examiner avec soin les paroles suivantes, car dans l'étude des Écritures il faut tout scruter et ne point se laisser arrêter par leur surface. Or, il est dit, presque immédiatement après : « Lorsque vous verrez arriver toutes ces choses, sachez qu'il est près et déjà à la porte. » Nous saurons donc qu'il va arriver, non pas lorsque nous verrons seulement quelques-uns des signes dont il est question plus haut, mais lorsque nous verrons l'ensemble de ces signes parmi lesquels se trouve la vue du Fils de l'homme venant lui-même. « Et il enverra ses anges des quatre coins du monde (de toutes les parties de l'univers) rassembler ses élus. » Cette heure, la dernière de toutes, est celle qui l'a vu venir dans ses membres comme dans des nuées (1). Ou bien, c'est sa venue incessante dans toute son Église

(1) C'est dans ce sens que saint Jean (1 ép., c. 2, v. 18) appelle la dernière époque du monde celle du christianisme, la dernière heure.

terræ est dictus; et decet Patrem talia miranda dare Filio suo qui se humiliavit. Et propterea exaltavit illum, non solum secundum spiritum, sed et secundum corpus, ut super talibus nubibus veniret: et forsitan super nubibus rationalibus, ne irrationabile esset vehiculum Filii hominis glorificati. Et primum quidem venit Jesus cum virtute ex qua faciebat signa et prodigia in populo: omnis autem illa virtus comparatione illius virtutis multæ cum qua in fine venturus est, modica erat: virtus enim erat exinantis seipsum: consequens est etiam ut ad majorem gloriam reformetur quam fuit transformatus in monte: tunc enim propter tres tantummodo trans-

formatus est: in consummatione autem mundi totius apparebit in gloria multa, ut videant eum omnes in gloria.

AUG., ad Hesych. (epist. 80, ut sup.). Sed quoniam Scripturæ scrutandæ sunt, nec earum superficie debemus esse contenti, diligenter sunt inspicienda sequentia: post pauca enim sequitur: Cum videritis hæc omnia fieri, scitote quia prope est jam in januis. Tunc eum scimus prope esse, non cum aliqua videmus esse præmissorum, sed hæc omnia (in quibus et hoc est, quod videbitur Filius hominis veniens): Et mittet angelos suos de quatuor partibus mundi (id est, de toto orbe terrarum), congregare electos suos; quæ tota hora novissima facit,

comme dans une immense nuée, et cette venue est accompagnée d'une grande majesté et puissance, puissance et majesté qui éclatant surtout aux yeux des saints, qui recevront une grande force pour ne pas être vaincus par une si forte persécution. — ORIG. — Ou bien, c'est à l'âme du croyant qu'il arrive tous les jours avec une grande puissance portée par les nuées prophétiques, c'est-à-dire par les écrits des apôtres et des prophètes qui, dans leurs œuvres, déclarent la parole de Dieu au-dessus de la nature humaine. Il vient avec grande gloire aux yeux de tous ceux qui comprennent, et tel paraît être surtout le caractère du second avènement, qui est celui des hommes parfaits. Pourrait-on peut-être dire que tout ce que les trois évangélistes ont rapporté sur l'avènement du Christ, si on le collationnait et discutait avec soin, devrait converger à ce point, que le Christ vient tous les jours dans son corps, qui est l'Église, avènement dont il est dit ailleurs : « Vous verrez le Fils de l'homme assis à la droite de la puissance divine, et venant sur les nuées du ciel. » Il faut excepter toutefois les lieux auxquels il a promis le dernier avènement visible.

*Et il enverra ses anges, qui feront entendre la voix éclatante de leurs trompettes, et qui rassembleront ses élus des quatre coins du monde, depuis une extrémité du ciel jusqu'à l'autre.*

ORIG. — Après avoir fait mention de ce grand gémississement qui s'échappera comme une sentence et une condamnation spontanées des méchants contre eux-mêmes, le Sauveur, afin que l'on ne pense pas

veniens in suis membris, tanquam in nubibus; vel in tota ipsa Ecclesia tanquam in nube magna, sicut nunc venire non cessat: sed ideo cum potestate magna et majestate, quia major potestas et majestas illius apparebit sanctis, quibus magnam virtutem dabit, ne tanta persecutione vincantur. ORIG. (tract. 30, ut sup.). Vel cum magna virtute venit quotidie ad animam hominis credentis in nubibus prophetis, id est, in Scripturis prophetarum et apostolorum, qui verbum Dei super humanam naturam in intellectibus suis declarant: sic etiam eis qui intelligunt, dicimus appare gloriam multam; quæ quidem videtur in secundo Verbi adventu; quod est perfectorum: et sic fortasse omnia quæ a tribus evangelistis dicta sunt de Christi adventu (diligentius inter se collata et bene discussa) invenientur

ad hoc pertinere, quod quotidie venit in corpore suo, quod est Ecclesia, de quo adventu suo dixit alibi (Matth., 26): Amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, et venientem in nubibus caeli; exceptis locis ubi ab eo ille adventus ultimus in seipso promittitur.

*Et mittet angelos suos cum tuba et voce magna; et congregabunt electos ejus a quatuor ventis, a summis caelorum usque ad terminos eorum.*

ORIG. (tract. 30, ut sup.). Quia de planctu mentionem fecerat, qui ad hoc erit ut sponte contra se sententiam proferant, et seipsos condemnent; ne putetur quod in isto planctu mala eorum terminentur, subdit: Et mittet angelos suos cum tuba, etc. REMIG. Hæc autem tuba, non revera cor-

que là se terminent leurs maux, ajoute : « Et il enverra ses anges avec une trompette, etc. » — RÉMIG. — Il ne faut pas entendre ce mot *trompette* dans son sens ordinaire; il veut désigner la voix des archanges, qui sera si retentissante, qu'aussitôt qu'elle éclatera, tous les morts se lèveront de la poussière de la terre. — S. CHRYS. — Le son de la trompette appartient à la résurrection comme caractérisant et la joie et la stupeur de ce moment, et la douleur de ceux qui seront abandonnés et qui ne seront pas ravis dans les nuées. — ORIG. — Il est dit, dans le livre des Nombres, que les prêtres rassemblaient au son de la trompette tous ceux du camp d'Israël, et c'est ce qui fait ici le fond de cette comparaison des anges du Christ : « Et ils rassembleront les élus des quatre vents. » — RÉMIG. — C'est-à-dire des quatre climats (1) du monde : l'orient, l'occident, le nord et le midi.

ORIG. — Les plus simples s'imaginent qu'il n'y aura de rassemblés que ceux qui auront été surpris dans leur existence corporelle. Mais il vaut mieux y voir qu'il y aura de rassemblés par les anges du Christ, non-seulement tous ceux qui ont été appelés et élus depuis l'avènement du Christ jusqu'à la fin du monde, mais tous ceux qui l'ont été depuis la création du monde et qui ont vu, en tressaillant le jour du Christ de la même manière qu'Abraham. Que les anges réunissent non-seulement tous les élus du Christ qui ont été surpris dans leur corps, mais encore tous ceux qui étaient sortis de leur corps, le discours suivant en fait foi, non-seulement en disant : « Tous les élus du Christ des quatre vents, » mais en ajoutant : « Depuis le haut du

(1) Le mot grec *κλίματα* veut dire *degrés, parties*. Les quatre parties du monde.

porea est intelligenda, sed archangelica vox, quæ adeo magna erit ut ad clamorem illius omnes mortui de terræ pulvere resurgant. CHRYS., in homil. (77, ut sup.). Sonus autem tubæ pertinet ad resurrectionem, ad gaudium, ad representandum stuporem qui tunc erit; ad dolorem illorum qui relinquentur, et in nubibus non rapiuntur. ORIG. (ut sup.). Scriptum est autem in Numeris (cap. 10) quod ex quatuor ventis congregabant sacerdotes tibicinantes eos qui sunt ex castris Israel, secundum quorum comparationem de angelis Christi consequenter dicitur : Et congregabunt electos a quatuor ventis, etc. RÉMIG. Id est, a quatuor climatibus mundi, sive Oriente, Occident, Aquilone et Austro.

ORIG. (ut sup.). Et simpliciores quidem

opinantur eos tantum qui tunc inventi fuerint in corpore, aggregandos; sed melius est dicere congregandos ab angelis Christi esse omnes, non solum ab adventu Christi et usque ad consummationem vocatos atque electos, sed et omnes qui a constitutione fuerint mundi; qui viderunt, sicut Abraham (Joan., 8). Christi diem, et exultaverunt in illam. Quoniam autem non tantum illos qui in corpore fuerint comprehensi, dicit congregandos Christi electos, sed etiam illos qui de corporibus sunt egressi, manifestat sermo, dicens : Congregatos electos, non solum a quatuor ventis, sed etiam subdens : A summis cælorum usque ad terminos eorum. Quod nemini super terram existentium arbitror convenire. Vel cæli sunt Scripturæ divinæ aut auctoritates earum, in quibus

ciel jusqu'à son extrémité, » paroles qui ne me paraissent pouvoir convenir à personne vivant sur la terre. Ou bien, *le ciel* veut désigner ici les Saintes-Écritures et leurs témoignages divins que Dieu habite. Le haut du ciel, c'est le commencement de l'Écriture; son extrémité, la fin de l'Écriture. Les saints sont donc réunis *depuis le haut du ciel*, c'est-à-dire depuis ceux qui se nourrissent des commencements des Écritures, *jusqu'à l'extrémité du ciel*, c'est-à-dire jusqu'à ceux qui vivent dans ce qui est à l'extrémité des Écritures, dans leur sens le plus profond. Ils seront rassemblés au son de la trompette et par de grands cris, afin que ceux qui ont entendu et qui ont été éveillés se préparent à la voie parfaite qui conduit au Fils de Dieu.

RÉMIG. — Ou bien, afin que personne ne pût penser qu'il n'y aurait de réunis que ceux qui habitent les extrémités de la terre, et non pas ceux qui en habitent le centre, il ajoute : « Et depuis le haut du ciel, etc., » par le haut du ciel désignant le centre du globe, car le haut du ciel couvre le centre du globe. Il désigne les extrémités de la terre par les extrémités du ciel, car sur les extrémités de la terre paraissent reposer les derniers contours du ciel. — S. CHRYS. — C'est à l'honneur des élus que le Seigneur les convoque par ses anges. Paul nous dit : « Qu'ils seront ravis dans les nuées, » car les anges rassembleront ceux qui seront ressuscités, et les nuages les recevront.

*Écoutez une comparaison prise du figuier. Quand ses branches sont déjà tendues, et qu'il pousse ses feuilles, vous jugez que l'été s'approche. De même, lorsque vous verrez toutes ces choses, sachez que le royaume de Dieu est proche, et qu'il est comme à la porte. Je vous dis en vérité que cette race ne finira point que toutes ces choses ne soient accomplies. Le ciel et la terre passeront, mais mes paroles ne passeront point.*

S. CHRYS. — Comme le Sauveur avait annoncé que tous les événe-

habitat Deus : summa autem Scripturarum sunt initia illarum; termini autem, consummationes earum. Congregantur ergo sancti a summis cœlorum (id est, ab eis qui vivunt in initiis Scripturarum) usque ad terminos; id est, eos qui vivunt in consummationibus earum. Congregabuntur autem tuba et voce magna, ut qui audierint et adverterint, parent se ad viam perfectionis quæ ducit ad Filium Dei.

RÉMIG. Vel aliter : ne forte aliquis putaret quod solummodo a quatuor partibus mundi, et non a mediterraneis regionibus et locis, ideo addit : A summis cœlorum, etc. Per summum enim cœli, medium orbis

intelligitur; quia medio orbis summum cœli præsidet. Per terminos autem cœlorum, fines terræ significat, ubi longe distantibus circulis cœli terræ insidere videntur. CHRYS., in homil. [77, ut sup.]. Quod autem per angelos Dominus electos vocat, ad electorum honorem pertinet : nam et Paulus dicit (1 Thessal., 4) quod rapiuntur in nubibus : quia eos quidem qui resurrexerint, congregabunt angeli; congregatos autem recipient nubes.

*Ab arbore autem fici discite parabolam : cum jam ramus ejus tener fuerit, et folia nata, scitis quia prope est æstas : ita et*



ments qu'il avait prédits arriveraient après les tribulations de ces jours, pour prévenir de leur part cette question : « Après combien de temps, » il le dit en se servant de la comparaison du figuier : « Apprenez donc la parabole du figuier. » — S. JÉR. — C'est comme s'il disait : Lorsque s'élèvent sur le figuier des pousses encore tendres, que le bourgeon s'ouvre en fleur et que l'écorce produit des feuilles, vous comprenez que l'été arrive, et que ce sont les entrées du zéphyr (1). C'est ainsi que, lorsque vous verrez arriver ce qui est écrit ici, ne pensez pas que ce soit encore la fin du monde, mais considérez tous ces événements comme des précurseurs et comme venant vous annoncer que le juge est près et qu'il frappe à la porte : « Ainsi et vous aussi lorsque vous verrez toutes ces choses. »

S. CHRYS. — Il nous déclare par ces paroles qu'il y aura peu d'intervalle, mais que l'avènement du Christ se présentera aussitôt. Ces paroles servent aussi à exprimer autre chose, et à annoncer cet été de l'esprit, cette paix des justes qui viendra après l'hiver. Pour les pécheurs, au contraire, ce sera l'hiver après l'été. — ORIG. — Ainsi que le figuier contient, cachée en lui, sa vertu vitale, et, l'hiver passé, fait passer cette vertu vitale de la léthargie dans laquelle elle était à sa manifestation, en produisant des branches tendres et des feuilles, ainsi le monde et tous les élus qui, auparavant, avant la venue du Christ, renfermaient leur vie en soi, comme sous la léthargie d'un hiver,

(1) Le mot zéphyr, qui, n'étant point français, n'a dans notre langue aucun caractère, a dans le grec, auquel il appartient, cette belle signification : *Celui qui porte la vie*, ζῆφύρον. Le latin donne ici *favonius*, le vent qui aide, qui favorise, qui caresse, aidant au développement de la vie, et d'ailleurs plein de charme.

*vos, cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est in januis. Amen dico vobis quia non præteribit generatio hæc donec omnia hæc fiant : cælum et terra transibunt; verba autem mea non præteribunt.*

CHRYS., in homil. (78, in Matth.). Quia dixerat quod quod statim post tribulationem dierum illorum, quæ prædicta sunt contingerent, ipsi autem querere poterant, post quantum tempus : ideo exponit, exemplum ponens de ficu, dicens : Ab arbore autem fici discite parabolam, etc. HIER. Quasi dicat : Sicut quando teneri fuerit in arbore ficus cauliculi, et gemma erumpit in florem cortexque folia parturit, intelligitis æstatis adventum, et favonii ac veris introitum ; ita cum omnia quæ scripta sunt

videritis, nolite putare jam adesse consumptionem mundi, sed quasi prævia et præcursores quosdam venire, ut ostendant quod prope sit, et in januis : unde sequitur : Ita et vos, cum videritis hæc omnia, etc.

CHRYS., in homil. (78, ut sup.). Per quod ostendit quod non multum erit temporis medium, sed statim adventus Christi occurret. Per hoc autem et aliud quoddam prænuntiat, scilicet æstatem spiritualem et tranquillitatem justis post hyemem esse futuram ; peccatoribus autem e contrario hyemem post æstatem. ORIG. (ut sup.). Sicut enim ficus in tempore quidem hyemis vitalem virtutem habet in se absconditam, postmodum autem cum virtus ipsa vitalis prodire cœperit ad manifestationem præ-

S. JÉR. — Mais comme le moment d'acheter était passé, et qu'il n'y avait plus lieu aux mérites de la pénitence, elles sont obligées, à la place d'œuvres nouvelles, de rendre compte des anciennes : « Pendant qu'elles allaient acheter, arrive l'époux, et celles qui étaient prêtes entrèrent avec lui aux noces. » — S. HIL. — Ces noces, c'est l'immortalité conquise, et l'union de l'incorruption et de la corruption par une nouvelle société entre elles. — S. CHRYS. — Par ces mots : « Pendant qu'elles allaient acheter, » il nous apprend que, quand bien même nous deviendrions miséricordieux après notre mort, cela ne nous servirait à rien pour échapper à la colère divine, ainsi que cela arriva au riche auquel il ne servit nullement de se montrer plein de sollicitude à l'égard de ceux qui étaient de son intimité. — ORIG. — Ou bien, par ces mots : « Pendant qu'elles allaient acheter, » il faut entendre ceux qui ont négligé d'apprendre ce qui leur était utile lorsqu'ils le devaient, et qui sont surpris par la mort au moment où ils se préparent à apprendre, au moment où ils vont sortir de ce monde. — S. AUG. — Ou bien, pendant qu'elles allaient acheter, c'est-à-dire pendant qu'elles s'inclinaient vers les choses inférieures et qu'elles étaient à la recherche de ce qui faisait le sujet ordinaire de leur bonheur, ignorantes qu'elles étaient des plaisirs intérieurs, arrive celui qui juge, et celles qui étaient prêtes, c'est-à-dire celles à qui leur conscience rendait hommage devant Dieu, entrèrent avec lui aux noces, là où l'âme pure s'unit, pour en être fécondée, au Verbe de

forte non sufficiat nobis et vobis, quia alieno testimonio non juvatur quisquam apud Deum, cui secreta cordis apparent; et vix quisque sibi sufficit, ut ei testimonium perhibeat conscientia sua.

HIER. Verum quia jam emendi tempus excesserat et adveniente judicii die, locus non erat pœnitentiæ, non nova patrare opera, sed præteritorum rationem coguntur exsolvere: unde sequitur: Dum autem irent emere, venit sponsus; et quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias. HILAR. (ut sup.). Nuptiæ autem immortalitatis assumptio est, et inter corruptionem atque incorruptionem ex nova societate conjunctio. CHRYS. in homil. (79, ut sup.). Per hoc autem quod dicit: Dum irent

emere, ostendit quia etsi misericordes efficiamur post mortem, nihil hinc lucrabimur ad effugiendum; sicut nec diviti profuit, quod factus est misericors et sollicitus circa eos qui sibi attinebant (Luc., 16). ORIG. (ut sup.). Vel dicit: Dum irent emere: est enim invenire quosdam qui quando debuerunt, neglexerunt aliquid utile discere; in ipso autem exitu vitæ suæ, dum disponunt discere, comprehenduntur a morte. AUG., *De verb. Dom.* (ut sup.). Vel aliter: euntibus illis emere (id est, inclinantibus se in ea quæ foris sunt, et solitis gaudere quærentibus, quia gaudia interna non noverant), venit iste qui judicat: et quæ paratæ erant (id est, quibus coram Deo conscientia testimonium perhibebat) intrave-

Dieu, vu à découvert et dans sa perfection. — S. JÉR. — Après le jour du jugement, il ne reste plus d'occasion d'exercer sa justice et de pratiquer les bonnes œuvres : « Et la porte est fermée. » — S. AUG. — Après la réception de ceux qui sont changés en anges, la porte du royaume des cieux se trouve fermée, car il n'y a plus, après le jugement, lieu aux prières et aux mérites. — S. HIL. — Et cependant, alors qu'il n'y a plus lieu à la pénitence, les folles arrivent et demandent qu'on leur ouvre la porte : « En dernier lieu, arrive le reste des vierges, disant : Seigneur, etc. » — S. JÉR. — Remarquable aveu dans cet appel adressé à l'époux ! indice de la foi ! Mais il ne vous sert de rien d'appeler de la voix celui que vous niez par vos œuvres. — LA GLOSE. — Sous le coup de la douleur de se voir repoussées, elles s'adressent en pleurant à son autorité de Seigneur, n'osant appeler père celui dont elles ont méprisé la miséricorde pendant leur vie.

S. AUG. — Il n'est point dit qu'elles achetèrent de l'huile, et c'est pour cela qu'il faut comprendre ceci en cette manière, qu'étant tout-à-fait privées de la joie qui était résultée pour eux des louanges des autres, elles sont revenues à invoquer Dieu dans leurs angoisses et grandes afflictions. Mais il n'y a plus maintenant que la sévérité terrible qui a succédé au jugement, et qui a remplacé les attentes d'une ineffable miséricorde. « Mais lui, leur répondant, leur dit : Je vous le dis en vérité, je ne vous connais pas. » Et tel est l'effet de cette règle que s'est tracée le plan de Dieu, ou plutôt sa sagesse, de ne point accepter dans le sein de son bonheur ceux qui ont fait des efforts pour observer ses commandements, non pas en sa présence, mais par le

runt cum eo ad nuptias; id est, ubi munda anima puro ac perfecto Dei verbo fecunda copulatur. HIER. Post judicii autem diem honorum operum et justitiæ occasio non relinquitur : unde sequitur : Et clausa est janua. AUG., *De verb. Dom.* (ut sup.). Receptis enim illis qui sunt in angelicam vitam commutati, clauditur aditus ad regna cœlorum : non enim post judicium patet precum ac meritorum locus. HILAR. (ut sup.). Et tamen cum jam pœnitentiæ nullum est tempus, fatuæ occurrunt, aperiri sibi aditum rogant : unde sequitur : Novissime autem veniunt, et reliquæ virgines dicentes : Domine, etc. HIER. Egregia equidem in Domini appellatione confessio ; idemque repensum indicium fidei est : sed quid prodest voce invocare quem operibus neges ? GLOSSA. Dolore autem repulsionis

compulsæ, appellationem ingeminant dominationis ; non vocando Patrem, cujus in vita sua misericordiam contempserunt.

AUG., *De verb. Dom.* (ut sup.). Non autem dictum est quod emerunt oleum ; et ideo intelligendæ sunt nullo jam remanente de alienis laudibus gaudio, in angustiis et magnis afflictionibus redire ad implorationem Dei ; sed magna ejus est severitas post judicium, cujus ante judicium ineffabilis misericordia prærogata est : propter quod sequitur : At ille respondens ait : Amen dico vobis, nescio vos : ex illa scilicet regula, quia non habet ars Dei (id est, ejus sapientia) ut intrent in gaudium ejus, qui (non coram Deo, sed ut placerent hominibus) conati sunt aliquid secundum præcepta ejus operari. HIER. Novit enim Dominus eos qui sunt ejus (2 *Timoth.*, 2) et

désir de plaire aux hommes. — S. JÉR. — Car Dieu connaît ceux qui sont à lui, et qui ignore sera ignoré. Et quoiqu'elles soient vierges et par la pureté du cœur, et par la confession de la foi, cependant elles ne seront pas reconnues par l'époux parce qu'elles n'ont pas d'huile. Ces mots : « Veillez donc, car vous ne savez pas le jour ni l'heure, » se rapportent à tout ce qui précède, et nous avertissent d'avoir à préparer la lampe de nos bonnes œuvres, puisque nous ignorons le jour du jugement. — S. AUG. — Non-seulement nous ignorons le temps auquel doit venir l'époux, mais encore chacun de nous ignore le jour et l'heure de son sommeil, et celui qui s'y tiendra préparé le sera aussi lorsque éclatera cette voix qui doit nous éveiller tous. — S. AUG. — Il s'en est trouvé plusieurs qui ont voulu expliquer ce qui est dit ici de ces cinq autres vierges dans le sens de cet avènement qui s'accomplit tous les jours par l'Église; mais il ne faut pas se lancer témérairement dans les espérances que donnent ces explications, de peur de rencontrer quelque chose qui les contredise d'une manière péremptoire.

*Car le Seigneur agit comme un homme qui, devant faire un long voyage hors de son pays, appela ses serviteurs, et leur mit son bien entre les mains. Et ayant donné cinq talents à l'un, deux à l'autre, et un à l'autre, selon la capacité différente de chacun d'eux, il partit aussitôt. Celui donc qui avait reçu cinq talents s'en alla; il trafiqua avec cet argent, et il en gagna cinq autres. Celui qui en avait reçu deux en gagna de même encore deux autres. Mais celui qui n'en avait reçu qu'un alla creuser dans la terre, et y cacha l'argent de son maître. Longtemps après, le maître de ces serviteurs étant revenu, leur fit rendre compte. Et celui qui avait reçu cinq talents vint lui en présenter cinq autres, en lui disant : Seigneur, vous m'aviez mis cinq talents entre les mains, en voici, outre ceux-là, cinq autres que*

qui ignorat, ignorabitur [1 ad Cor., 14]. Et licet virgines sint vel corporis puritate, vel veræ fidei confessione, tamen quia oleum non habent, ignorantur a sponso. Ex hoc autem quod infert : Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam, intelligit universa quæ dicta sunt esse præmissa; ut quia ignoramus judicii diem, sollicitè nobis lumen bonorum operum præparemus. AUG., *De verb. Dom.* (ut sup.). Non autem solum illius futuri temporis quo venturus est sponsus, sed suæ quisque dormitionis diem et horam nescit; ad quam quisquis paratus est, etiam paratus invenitur cum illa vox sonuerit, quæ omnes evigilaturi sunt. AUG., *ad Hesych.* (epist. 80, ut sup.). Non defuerunt autem qui docere voluerunt, has quinque et quinque virgines ad hunc ejus adventum qui nunc fit per Ecclesiam, per-

tinere : sed hæc non sunt temere pollicenda, ne aliquid occurrat, quod valide contradicat.

*Sicut enim homo peregre proficiscens, vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua; et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem, et profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, et operatus est in eis, et lucratus est alia quinque. Similiter et qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abiens, fodit in terram, et abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit dominus servorum illorum, et posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens : Domine, quinque ta-*

*j'ai gagnés. Son maître lui répondit : O bon et fidèle serviteur, parce que vous avez été fidèle en peu de chose, je vous établirai sur beaucoup d'autres : entrez dans la joie de votre Seigneur. Celui qui avait reçu deux talents vint aussi se présenter à lui, et lui dit : Seigneur, vous m'avez mis deux talents entre les mains ; en voici, outre ceux-là, deux autres que j'ai gagnés. Son maître lui répondit : O bon et fidèle serviteur, parce que vous avez été fidèle en peu de chose, je vous établirai sur beaucoup d'autres : entrez dans la joie de votre Seigneur. Celui qui n'avait reçu qu'un talent vint ensuite, et lui dit : Seigneur, je sais que vous êtes un homme dur, que vous moissonnez où vous n'avez point semé, et que vous recueillez où vous n'avez rien mis ; c'est pourquoi, comme je vous appréhendais, j'ai été cacher votre talent dans la terre ; le voici, je vous rends ce qui est à vous. Mais son maître lui répondit : Serviteur méchant et paresseux, vous saviez que je moissonne où je n'ai point semé, et que je recueille où je n'ai rien mis ; vous deviez donc mettre mon argent entre les mains des banquiers, afin qu'à mon retour je retirasse avec usure ce qui est à moi. Qu'on lui ôte le talent qu'il a, et qu'on le donne à celui qui a dix talents. Car on donnera à tous ceux qui ont déjà, et ils seront comblés de biens ; mais pour celui qui n'a point, on lui ôtera même ce qu'il semble avoir. Et qu'on jette ce serviteur inutile dans les ténèbres extérieures. C'est là qu'il y aura des pleurs et des grincements de dents.*

LA GLOSE (1). — La précédente parabole était consacrée à la condamnation de ceux qui ne s'étaient pas réservé de l'huile d'une manière suffisante, soit que l'on entende par l'huile la pureté des actions, ou la joie de la conscience, ou l'aumône d'argent. Celle-ci est dirigée contre tous ceux qui ne veulent pas secourir leur prochain, non-seulement d'argent, mais encore ni en parole ni en aucune autre manière, et cachent tout ce qu'ils possèdent, « ainsi qu'un homme

(1) On ne trouve pas ceci dans la Glose, et l'on n'en trouve qu'une insinuation dans saint Chrysostôme (hom. 39, in *Matth.*).

*lenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus ejus : Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam ; intra in gaudium domini tui. Accessit autem qui duo talenta acceperat, et ait : Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus ejus : Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam : intra in gaudium domini tui. Accedens autem et qui unum talentum acceperat, ait : Domine, scito quia homo durus es, metis ubi non seminasti, et congregas ubi non sparsisti, et timens abii, et abscondi talentum tuum in terra : ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus ejus, dixit ei : Serve male et piger, sciebas quia meto ubi non semino, et congrego ubi non sparsi : oportuit ergo te committere pecu-*

*niam meam nummulariis, et veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura. Tollite itaque ab eo talentum, et date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, et abundabit ; ei autem qui non habet, et quod videtur habere auferetur ab eo. Et inutilem servum ejecite in tenebras exteriores. Illic erit fletus et stridor dentium.*

GLOSSA. In præcedenti parabola demonstrata est eorum condemnatio, qui oleum sibi sufficienter non præparaverant ; sive per oleum nitor operum, sive gaudium conscientie, sive elemosyna quæ est per pecuniam, intelligatur : hæc autem parabola inducitur contra eos qui non solum pecuniis, sed nec verbo, nec alio modo prodesse proximis volunt, sed omnia occultant : unde dicit : Sicut enim homo peregre pro-

partant pour un voyage. » — S. GRÉG. — Cet homme qui part pour un voyage, c'est notre Rédempteur qui est parti pour le ciel, revêtu de cette chair qu'il avait prise, car la terre étant le lieu propre à l'habitation de cette chair, elle est comme amenée en voyage lorsqu'elle est placée dans le ciel par notre Rédempteur. — ORIG. — Il n'a pas voyagé selon la divinité, mais selon le mystère de son humanité, car celui qui a dit : « Voici que je suis avec vous jusqu'à la consommation des siècles, » c'est le Fils unique de Dieu qui n'est point contenu entre les contours d'un corps. En disant cela, nous ne scindons pas Jésus, mais nous laissons à chaque nature ses qualités distinctes. Nous pouvons dire aussi que le Seigneur voyage en ceux qui vivent dans la foi et sans voir son essence, et il sera avec nous lorsque, voyageant nous-même loin du corps, nous nous réunirons à lui. Remarquez aussi que le texte ne porte pas : « Je suis, ou le Fils de l'homme est comme un homme voyageant, » car il se propose à nous, dans cette parabole, non pas comme Fils de Dieu, mais comme homme.

S. JÉR. — Après avoir appelé les apôtres, il leur livre la doctrine des Évangiles, donnant aux uns plus et aux autres moins, non par générosité ou par réserve de ses dons, mais la donnant selon la capacité de ceux à qui il la donnait; c'est ainsi que l'Apôtre nous apprend à nourrir avec du lait ceux qui ne pourraient pas supporter une nourriture solide : « Et il donne à l'un cinq talents et à l'autre, etc. » Par ces cinq et ces deux talents, et ce talent unique, il faut comprendre qu'il s'agit des grâces qui furent livrées à chacun d'eux. — ORIG. — Parmi ceux qui ont reçu le ministère des paroles de Dieu, vous en verrez quel-

ficiens, etc. GRÉG.; in homil. (9, in *Evang.*). Homo autem iste qui peregre proficiscitur, Redemptor noster est, qui in ea carne quam assumpserat, abiit in cœlum; carnis enim locus proprius terra est; quæ quasi ad peregrinandum ducitur, cum per Redemptorem nostrum in cœlo collocatur. ORIG. (tract. 33, in *Matth.*). Secundum enim Divinitatis suæ naturam non peregrinatur, sed secundum dispensationem corporis quod suscepit: qui enim dicit discipulis suis (*Matth.*, 28): Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi, unigenitus Dei est; qui non est corporeo ambitu circumclusus: hoc autem dicentes non solvimus Jesum, sed unicuique substantiæ proprietatem ejus salvamus. Possumus et talia dicere, quod peregrinatur Dominus per fidem ambulantes, et non

per speciem; si autem peregrinantes a corpore cum Domino fuerimus, tunc et ipse erit nobiscum. Simul etiam considera quod non videtur redditio sermonis ita conscripta: Sicut homo peregrinans, ita ego aut Filius hominis; quoniam ipse est qui in parabola proponitur peregrinans quasi homo, non sicut Filius Dei.

HIER. Vocatis autem apostolis, doctrinam eis Evangeliorum tradidit; non quasi pro largitate et parcitate alteri plus et alteri minus tribuens, sed pro accipientium viribus; quomodo et Apostolus eos qui solidam cibum capere non poterant, lacte potasse se dicit (1 *Cor.*, 3). Unde sequitur: Et uni dedit quinque talenta, alii autem, etc. In quinque et duobus, et uno talento, diversas gratias intelligimus, quæ unicuique traditæ sunt. ORIG. (tract. 33, in *Matth.*).

ques-uns qui ont plus reçu, et d'autres moins; ceux-ci n'ayant pas, si je puis m'exprimer ainsi, la moitié de l'intelligence des premiers, tandis que d'autres en ont encore moins. C'est là ce qui vous constatera les différences qui existent entre ceux qui ont reçu du Christ la parole divine. Autre est l'efficacité de ceux qui ont reçu cinq talents, autre celle de ceux qui en ont reçu deux, autre celle de ceux qui n'en ont reçu qu'un. Tous ne pouvaient pas recevoir la même mesure de grâce. Cependant, celui qui n'a reçu qu'un talent n'a pas en cela reçu un don méprisable; car même un seul talent d'un tel maître est une grande chose. Le nombre trois est celui qui désigne les serviteurs, car il y en a de trois espèces qui portent des fruits. Or, il y en a un qui reçoit cinq talents, et c'est celui qui peut amener toutes les figures de l'Écriture à leur interprétation la plus divine. Deux talents désignent celui qui connaît le sens littéral de la doctrine, ce qui en est le corps, car le nombre deux exprime la chair (1). Enfin, c'est au moins puissant dans la doctrine que le père de famille a donné un talent. — S. GRÉG. — Ou bien, par les cinq talents sont exprimés les dons des cinq sens, c'est-à-dire qu'est ainsi désignée la science des choses extérieures, tandis que les deux expriment l'œuvre et l'intelligence, et le seul talent n'indique que le don de l'intelligence.

SUITE. — « Et il partit aussitôt. » — LA GLOSE. — Non pas en changeant de place, mais en les abandonnant à leur libre arbitre, et en leur laissant le libre exercice de leur action.

(1) Ceci est probablement une allusion à cette parole : « Puisqu'il y a au milieu de vous la division, est-ce que vous n'êtes pas charnels ? » (1 Corinth., 3, v. 4.) L'homme, en effet, ne peut adhérer à la chair qu'en se divisant lui-même.

---

<p>Si quando enim videris eorum qui acceperunt a Christo dispensationem eloquiorum Dei, alios quidem habere amplius; alios autem minus, et (ut ita dicam) neque in dimidio intelligentes rerum negotia comparatione meliorum, alios autem adhuc minus habere; videbis differentias eorum qui eloquia Domini susceperunt a Christo; quoniam alia fuit virtus eorum quibus data sunt quinque talenta; alia quibus duo; alia quibus unum; et alter alterius non capiebat mensuram: et qui accepit talentum unum, accepit quidem datum non contemptibile (multum est enim et unum talentum talis domini), tamen tres sunt proprii servi, sicut tria sunt genera eorum qui fructum faciunt: et quinque quidem accepit talenta,</p>	<p>qui omnia sensibilia Scripturarum potest adducere ad sensus diviniore; duo autem, qui est corporalem doctrinam edoctus (duo enim videtur carnalis numerus esse), sed adhuc minus potenti unum talentum paterfamilias dedit. GREG., in homil. (9, ut sup.). Vel aliter: quinque talentis, dona quinque sensuum (id est, exteriorum scientia) exprimitur; duobus vero intellectus et operatio designatur; unius autem talenti nomine intellectus tantum designatur.</p> <p>Sequitur: Et profectus est statim. GLOS. Non locum mutans, sed liberam eis operandi potestatem permittens, id est, eorum arbitrio relinquens.</p> <p>Sequitur: Abiit autem qui quinque talenta acceperat, et lucratus est alia quin-</p>
---	--

SUITE. — « Celui qui avait reçu cinq talents s'en alla et en gagna cinq autres. » — S. JÉR. — Ayant reçu les sens corporels, il double ce don par la connaissance des choses célestes, arrivant à l'intelligence du Créateur par les créatures, à celle des choses incorporelles par les choses corporelles, et des choses éternelles par celles qui passent rapidement. — S. GRÉG. — Il en est plusieurs qui, incapables de pénétrer le côté intime et mystérieux des choses, enseignent, par l'effet du désir de la patrie supérieure, tout ce qu'ils savent, et tout ce que leur ont transmis les choses extérieures; et pendant qu'ils se tiennent eux-mêmes en garde contre l'impétuosité de la chair, contre le contact des choses terrestres et la volupté des plaisirs, ils en éloignent les autres par leurs conseils. — ORIG. — Ou bien, c'est après avoir exercé leurs sens dans les combats salutaires de la vie chrétienne, et s'être élevés à une science supérieure et l'avoir enseignée à d'autres, qu'ils se trouvent avoir gagné cinq autres talents; car ce n'est que de la grâce que l'on a déjà que l'on peut recevoir facilement l'accroissement, et l'on ne peut enseigner aux autres que ce que l'on possède soi-même, ni plus ni moins. — S. HIL. — Ou bien, ce serviteur qui reçoit cinq talents, c'est le peuple des croyants venu de la loi; car, parti de la loi, il a doublé ses mérites par l'accomplissement parfait des œuvres que lui inspirait la foi chrétienne.

« Semblablement, et celui qui en avait reçu deux en a gagné deux autres. » — S. GRÉG. — Il en est qui en prêchant aux autres par la parole et par les œuvres reçoivent comme un double gain de leur conduite, et leur prédication s'adressant en même temps aux deux sexes, leurs deux talents se trouvent par là comme doublés. — ORIG. — Ou

que, etc. HIER. *Acceptis enim terrenis sensibus, cœlestium sibi notitiam duplicavit, ex creaturis intelligens creatorem, ex corporalibus incorporalia, ex brevibus sempiterna.* GREG., in homil. (ut sup.). Sunt etiam nonnulli qui (etsi interna ac mystica penetrare nesciunt) pro intentione tamen supernæ patriæ docent recta quæ possunt de ipsis exterioribus quæ acceperunt; dumque se a carnis petulantia, a terrenarum rerum ambitu, atque a visibilium voluptate custodiunt, ab his etiam alios admonendo compescunt. ORIG. (tract. 33, ut sup.). Vel qui habent sensus exercitatos conversati salutariter, et ad majorem scientiam seipsos erigentes, et studiosè docentes, lucrati sunt alia quinque; quia nemo facile

additamentum accipit virtutis alterius, nisi ejus quam habet; et quanta ipse scit, tanta alterum docet, et non amplius. HILAR. Vel servus ille qui quinque talenta accepit, populus ex lege credentium est, ex qua profectus meritum ipsius recte impleta evangelicæ fidei operatione duplicavit.

Sequitur: Similiter et qui duo acceperat, lucratus est alia duo. GREG., in homil. (9, ut sup.). Sunt enim nonnulli qui dum intelligendo et operando aliis prædicant, quasi duplicatum de negotio lucrum reportant, quia dum utrique sexui prædicatio impenditur, quasi accepta talenta germinantur. ORIG. (ut sup.). Vel lucrati sunt alia duo, id est, corporalem eruditionem, et aliam paulo sublimiorem. HILAR. (can. 27,

bien : « Ils en gagnèrent deux autres, » d'abord l'intelligence littérale, et puis une autre un peu plus élevée.— S. HIL.—Ou bien, ce serviteur à qui deux talents ont été confiés, c'est le peuple des Gentils, justifié en même temps et par la foi et par la confession au Père et au Fils, et ayant confessé, par la double inspiration de l'esprit et de la chair (1), Jésus-Christ Dieu et homme. C'est donc à lui que les deux talents ont été confiés. Or, ainsi que le peuple juif avait doublé par la foi en l'Évangile les résultats de la doctrine mystérieuse qui lui avait été transmise en ces cinq talents ou en la loi, ainsi le peuple des Gentils mérita en faisant fructifier ses deux talents de les voir doublés par les mérites des œuvres et de l'intelligence.

SUITE. — « Celui qui en avait reçu un s'en alla l'ensevelir. » — S. GRÉG. — Cacher le talent dans la terre, c'est laisser s'embarasser dans des actes terrestres les dons de l'esprit que l'on a reçus de Dieu. — ORIG. — Ou bien, lorsque vous verrez quelqu'un qui a la vertu d'enseigner, et de faire avancer les âmes, et qui cache cette vertu, quoiqu'il ait une certaine piété dans sa vie, vous ne devez pas balancer à dire que c'est lui qui a reçu un talent, et qui l'a caché dans la terre. — S. HIL. — Ou bien, ce serviteur qui a reçu un talent, et l'a caché dans la terre, c'est le peuple qui persiste à suivre la loi, et qui, par envie et pour ne pas sauver les nations, cache dans la terre le talent qu'il a reçu; car enfouir le talent sous la terre, c'est cacher l'éclat de la prédication nouvelle sous une passion de la chair.

SUITE. — « Après beaucoup de temps, vint le maître, etc. » Par ces

(1) La chair constatant l'humanité, et l'esprit mis en rapport par la foi avec la divinité.

ut sup.). Vel ille servus cui duo talenta commissa sunt, gentium populus est; fide atque confessione et Filii justificatus et Patris; Dominum nostrum Jesum Christum Deum atque hominem ex spiritu et carne confessus. Hæc ergo huic sunt duo talenta commissa. Sed ut populus Judæorum omne sacramentum, quod in quinque talentis (id est, in lege) cognoverat, id ipsum fide Evangelii duplicavit; ita iste incremento duorum talentorum intellectum atque operationem promeruit.

Sequitur: Qui autem unum acceperat, abiens fodit, etc. GRÉG., in homil. (9, ut sup.). Talentum quippe in terra abscondere est acceptum ingenium terrenis actibus implicare. ORIG. (ut sup.). Vel aliter: si

quando videris aliquem qui virtutem habet docendi, et animabus proficiendi, et hanc virtutem occultat (quamvis habeat quamdam religionem conversationis), non dubites dicere talem esse qui accepit unum talentum, et abscondit ipsum in terra. HILAR. (ut sup.). Vel iste servus, qui unum talentum accepit, et in terra recondidit, populus est in lege persistens, qui propter invidiam salvandarum gentium in terra acceptum talentum abscondit: in terra enim talentum abscondere est novæ prædicationis gloriam sub obtreptione corporeæ passionis occultare.

Sequitur: Post multum vero temporis, venit dominus, et posuit rationem, etc. In ratione autem ponenda iudicii examen est.



comptes qu'il fait rendre, il faut entendre l'examen qui précède le jugement. — ORIG. — Et remarquez ici que ce ne sont pas les serviteurs qui viennent vers le maître pour en être jugés, mais le maître lui-même qui arrive lorsque le temps en est venu, et c'est de lui dont il est dit : « Après beaucoup de temps, » c'est-à-dire après avoir envoyé ceux qui sont aptes au salut des âmes, et probablement que ce n'est pas facilement qu'il consent à retirer de ce monde ceux qui ont cette aptitude de sauver les âmes, ce qui paraît clairement établi par ce fait que les apôtres vieillirent. Parmi eux, nous voyons Pierre à qui il est dit : « C'est lorsque vous serez vieux que vous étendrez les mains ; » et Paul, de qui il est écrit : « Maintenant comme Paul déjà vieux » (1). — S. CHRYS. — Remarquez que le Seigneur ne se fait pas rendre compte immédiatement, et admirez sa longanimité. Il me paraît qu'il a dit ces paroles pour insinuer à mots couverts sa résurrection. — S. JÉR. — Il dit : « Après beaucoup de temps, » pour insinuer qu'il s'écoulera un long temps entre son ascension et son second avènement. — S. GRÉG. — Cet évangile nous demande nos attentions, afin que ceux qui en ce monde ont reçu plus que les autres ne deviennent pas l'objet d'un jugement plus sévère; car les comptes à rendre augmentent en raison des dons que l'on a reçus. Un homme doit s'humilier d'autant plus du don qu'il a reçu qu'il se voit astreint à en rendre un compte plus rigoureux.

ORIG. — La confiance a donné à celui qui avait reçu cinq talents la hardiesse de se présenter le premier au Seigneur : « Et celui qui avait reçu cinq talents, s'approchant. » — S. GRÉG. — Ce serviteur, qui

(1) Saint Paul parle ainsi de lui-même.

ORIG. (ut sup.). Et observa in hoc loco quoniam, non servi ad Dominum vadunt ut judicentur, sed Dominus venit ad eos cum tempus fuerit impletum; de quo dicit: Post multum vero temporis; id est, postquam dimisit aptos ad negotiandum animarum salutem: et ideo forsitan non facile invenitur quis ex eis qui aptus fuerit ad hujusmodi opus ut cito transeat de hac vita: sicut est manifestum ex eo quod et apostoli senuerunt: ex quibus dicit ad Petrum (Joan., 21): Cum senueris, extendes manum tuam: de Paulo autem dictum est ad Philemonem (vers. 9): Nunc autem ut Paulus senex. CHRYS., in homil. (79, ut sup.). Vide et Dominum ubique non confestim expetentem rationem, ut discas ejus

longanimitatem; mihi autem videtur quod resurrectionem occulte insinuans, hoc dixit. HIER. Ideo ergo dicit: Post multum temporis, quia grande tempus est inter ascensionem Salvatoris et secundum ejus adventum. GRÉG. (ut sup.). Hoc autem lectio hujus Evangelii considerare nos admonet, ne qui plus cæteris in hoc mundo accepisse aliquid cernuntur, ab auctore mundi gravius judicentur. Cum enim augentur dona, rationes etiam crescent donorum. Tanto ergo humilior quisque debet esse ex munere, quanto se obligatiorem esse conspiciat in reddenda ratione.

ORIG. (ut sup.). Fiducia autem fecit eum qui quinque talenta acceperat, audere ut ad Dominum prius accederet. Sequitur

rapporte ses cinq talents doublés, est loué par le Seigneur, et conduit à l'éternelle récompense : « Et le Seigneur lui dit : *Euge.* » — RAB. — Le mot *euge* est une interjection qui marque la joie (1). C'est par elle que le Seigneur exprime la joie qu'il éprouve de conduire à la joie éternelle son serviteur qui a bien travaillé, et c'est de lui de qui le prophète a dit : « Vous nous réjouirez dans la joie avec votre visage » (2).

S. CHRYS. — *Bon serviteur*, car il a été toujours bon, ce qui concerne le prochain; et *fidèle*, car il ne s'est jamais approprié rien de ce qui appartient à son maître. — S. JÉR. — Il lui dit : « Vous avez été fidèle en peu de chose; » car quelles que soient les choses actuelles que nous possédions, quelque grandes et nombreuses qu'elles paraissent, elles ne sont que petites et peu nombreuses en comparaison des choses futures. — S. GRÉG. — Mais le serviteur fidèle est établi sur beaucoup de biens lorsqu'il est dans la gloire des joies éternelles, assis sur ce trône du ciel, après sa victoire sur toutes les atteintes de la chair. Il est introduit dans toute la joie de son maître, lorsque, ravi dans cette patrie céleste, et mêlé aux groupes des anges, il possède en lui une joie qui n'est mêlée à aucune douleur venant de la corruption extérieure. — S. JÉR. — Quel don plus grand peut-on faire au fidèle serviteur que d'être avec son Seigneur et de voir la joie de son Seigneur? — S. CHRYS. — Cette parole est l'expression d'un bonheur parfait. — S. AUG. — Ce sera pour nous la plénitude de la joie que de jouir de

(1) Du grec εὖγε, bien, heureusement.

(2) « Vous me remplirez de joie avec votre visage » (ps. 15, v. 11). « Vous me réjouirez dans la joie avec votre visage » (ps. 19, v. 6).

anim : Et accedens qui quinque talenta acceperat, etc. GRÆG. (ut sup.). Servus ergo qui geminata talenta retulit, laudatur a Domino, atque ad æternam remunerationem perducitur. Unde subditur : Ait iHi Dominus : Euge. RAB. Euge interjectio est lætantis; per quod gaudium suum Dominus insinuat, qui bene laborantem servum ad gaudium æternum invitat; de quo Propheta ait : Lætificabis nos in gaudio cum vultu tuo.

CHRYS., in hom. (79, ut sup.). Serve bone, quia de bono loquitur quod est ad proximum; et fidelis, quia nihil eorum quæ sunt Domini, sibi appropriavit. HIER. Dicit autem : Super pauca fuisti fidelis; quia omnia quæ in præsentibus habemus (licet

magna videantur et plurima), tamen comparatione futurorum, parva et pauca sunt. GRÆG. (ut sup.). Sed tunc fidelis servus supra multa constituitur, quando devicta omnis corruptionis molestia, de æternis gaudiis in illa cœlesti sede gloriatur. Tunc etiam ad domini sui gaudium perfecte intronitatur, quando in æterna illa patria assumptus, atque angelorum cœtibus admixtus, sic interior gaudet de munere, ut non sit quod exterius doleat jam de corruptione. HIER. Quid autem potest majus dari fideli servo quam esse cum Domino, et videre gaudium Domini sui? CHRYS., in homil. (79, ut sup.). Per hoc enim verbum, omnem beatitudinem ostendit. AUG., 1, *De Trinit.* (cap. 10). Hoc enim erit plenum

Dieu-Trinité à l'image duquel nous avons été faits, bonheur qui n'en a pas au-dessus de lui. — S. JÉR. — La même parole du père de famille sert de récompense aux deux serviteurs et à celui qui, avec cinq talents, en avait obtenu dix, et à celui qui, avec deux, en avait obtenu quatre; l'un et l'autre reçoivent le même bonheur, non pas comme récompense du gain qu'ils ont fait, mais de l'ardeur de leur volonté : « Et s'approcha aussi celui qui avait reçu deux talents. » — ORIG. — Le mot *s'approcher*, qui est et de celui qui avait reçu cinq talents et de celui qui en avait reçu deux, exprime leur passage de ce monde dans l'autre. Remarquez que ce sont les mêmes paroles qui sont adressées aux deux, afin sans doute que vous ne puissiez pas penser que celui qui avait reçu de moindres facultés, mais qui les avait employées autant qu'il avait pu, reçoit moins de Dieu que celui qui en avait reçu de plus grandes. Tout ce qui est exigé, c'est que l'homme se serve de tout ce que Dieu lui a donné pour la gloire de Dieu. — S. GRÉG. — Le serviteur qui ne voulut pas faire fructifier son talent, revient au Seigneur en s'excusant : « Alors s'approchant, etc. » — S. JÉR. — La vérité de cette parole : « Il se sert d'excuses dans son péché, » se retrouve dans ce serviteur, de telle sorte qu'il joint le crime de l'orgueil à celui de paresse et de négligence. Lui qui aurait dû se contenter de confesser sa paresse et de prier le père de famille, tourne à la calomnie et prétend que c'est par prudence qu'il a agi ainsi, et il met en avant la crainte qu'il avait eue d'exposer son capital en cherchant à faire fructifier son argent. — ORIG. — Ce serviteur me paraît avoir été du nombre des croyants, mais non pas du nombre de ceux

gaudium nostrum (quo amplius non est) frui Deo Trinitate, ad cuius imaginem facti sumus. HIER. Utrique autem servo (et qui de quinque talentis decem fecerat, et qui de duobus quatuor) idem patrisfamilias sermo blanditur : utrumque etiam simili recipit gaudio, non considerans lucri magnitudinem, sed studii voluntatem : unde sequitur : Accessit autem et qui duo talenta acceperat. ORIG. (ut sup.). Quod autem dicit (vel in eo, qui quinque talenta acceperat, vel in isto, qui duo) accedens, intellige accessum transitum de hoc mundo ad illum : et vide quoniam eadem dicta sunt amobus ; ne forte et qui minorem habuit virtutem, et totam illam quam habuit, secundum quod oportebat exercuit, nihil minus habiturus sit apud Deum, quam ille qui fuerit in majori virtute. Hoc enim solum que-

ritur, ut quicquid habuerit homo ex Deo, toto eo utatur ad gloriam Dei.

GREG. (ut sup.). Servus autem qui operari de talento noluit, ad Dominum cum verbis excusationis redit : unde subditur : Accedens autem, etc. HIER. Vere enim hoc quod scriptum est (Ps. 140) : Ad excusandas excusationes in peccatis, etiam huic servo contigit, ut ad pigritiam et negligentiam, superbiam quoque crimen accederet : qui enim debuit simpliciter inertiam confiteri, et orare patremfamilias, econverso calumniatur, et dicit se prudenti fecisse consilio ; ne dum lucra pecuniæ quæreret, etiam de sorte periclitaretur. ORIG. (ut sup.). Videtur enim mihi iste servus fuisse inter credentes quidem, non autem fiducialiter agentes, sed latere volentes, et omnia facientes ut non cognoscantur quasi Chris-

qui agissent avec confiance; il était du nombre de ceux qui font tout pour ne pas paraître chrétiens. Ceux qui sont ainsi me paraissent avoir la crainte de Dieu, mais le considérer comme austère et implacable, et c'est ce qu'il exprime par ces mots : « Seigneur, je sais que vous êtes un homme dur. » Nous admettons que réellement notre maître moissonne où il n'a pas semé, car le juste laisse la semence dans l'esprit, et il moissonne la vie éternelle. Il moissonne là où il n'a pas semé, et il ramasse là où il n'a rien jeté, car il considère comme sa propre récolte tout ce qui a été semé dans les pauvres. — S. JÉR. — Ces mots qu'ose prononcer le bon serviteur : « Vous moissonnez là où vous n'avez pas semé, » nous expriment aussi que Dieu reçoit la vie vertueuse des philosophes et des Gentils. — S. GRÉG. — Il en est beaucoup dans l'Église qui ressemblent à ce serviteur, et qui craignent d'entrer dans la voie d'une vie meilleure, et qui cependant ne craignent pas de croupir dans la paresse de leur corps. Se considérant comme pécheurs, ils redoutent d'embrasser une vie sainte pendant qu'ils ne tremblent pas de rester dans leurs iniquités. — S. HIL. — Ou bien, par ce serviteur, il faut entendre le peuple juif qui persiste dans la loi, et qui donne comme prétexte de son éloignement de la loi évangélique la crainte que lui inspire la loi ancienne, disant à Dieu : « J'ai craint de vous offenser, » et ajoute : « Voici ce qui vous revient, » comme ayant observé tout ce que le Seigneur lui avait commandé. Il savait cependant qu'il fallait faire pousser des fruits de justice là où la loi n'avait pas été semée, et qu'il fallait ramasser de parmi les Gentils des fidèles qui n'étaient point de la race d'Abraham (1).

(1) Du moins selon la chair, car ils en étaient selon l'esprit.

tiani : adhuc videntur mihi qui hujusmodi sunt, timorem Dei habere, et sapere de eo quasi de aliquo austero et implacabili : hoc enim signat, cum dicit : Domine, scio quia homo durus es. Intelligimus autem quod vere Dominus noster metit ubi non seminavit, quoniam justus seminat in spiritu, ex quo metet vitam æternam (*Galat.*, 6). Metit etiam ubi non seminat, et congregat ubi non spargit ; quia sibi computat esse collata quæcunque in pauperibus fuerint seminata. HIER. Ex eo autem quod hic servus ausus est dicere : Metis ubi non seminasti, intelligimus etiam Gentilium et philosophorum bonam vitam recipere Dominum. GRÆG. (ut sup.). Sunt autem plerique intra Ecclesiam, quorum iste servus

imaginem tenet; qui melioris vitæ vias aggredi metuunt, et tamen jacere in sui corporis ignavia non pertimescunt; cumque se peccatores considerant, sanctitatis vias arripere trepidant, et remanere in suis iniquitatibus non formidant. HILAR. (ut sup.). Vel per hunc servum intelligitur populus Judæorum in lege persistens; qui dicit : Timui te, tanquam metu veterum præceptorum, ab usu evangelicæ libertatis abstineat, dicatque : Ecce quod tuum est; vel ut in his quæ a Domino præcepta sunt, fuerit immoratus; cum tamen sciverit metendos illic justitiæ fructus, ubi lex sata non sit, et colligendos ex gentibus, qui non ex Abrahæ sint stirpe dispersi.

HIER. Sed quod putaverat se pro excusa-

S. JÉR. — Mais ce qu'il avait considéré comme une excuse tourne contre lui : « Son Seigneur, lui répondant ceci, dit : Mauvais serviteur. » Il est appelé mauvais serviteur parce qu'il a calomnié son maître,  *paresseux*  parce qu'il n'a pas doublé son talent, méritant tout à la fois la peine qui est due à l'orgueil et celle qui est due à la négligence. « Si, lui dit-il, vous me saviez dur et cruel, et exigeant ce qui ne m'appartient pas, vous auriez dû comprendre que j'exigerais plus étroitement ce qui m'était dû, et vous auriez donné mon argent ou mes deniers à qui l'aurait fait produire (le mot grec  *argyriou* , ἀργυρίου, signifie tout à la fois monnaie et argent). Or, comme il est dit « que la parole de Dieu est chaste, qu'elle est un argent éprouvé par le feu, » cet argent et ces deniers dont il s'agit ici sont l'Évangile prêché et la divine parole qu'il fallait donner à qui les aurait fait fructifier, c'est-à-dire ou à d'autres prédicateurs, ce que firent les apôtres en établissant des prêtres et d'autres évêques dans chaque province (1), ou bien à tous les croyants indistinctement, pour leur faire produire au double, et le rendre avec usure, en accomplissant dans leurs œuvres ce qu'on leur a transmis en paroles. — S. GRÉG. — Ainsi que le danger que courent les prédicateurs en retenant l'argent du Seigneur est visible, ainsi de celui des auditeurs, car on leur demandera avec intérêts ce qu'ils ont entendu, car ils doivent passer de l'intelligence de ce qu'ils ont entendu à la découverte de ce qu'on ne leur a pas appris.

ORIG. — Le Seigneur n'a point accordé ce qui était dit de sa dureté, mais il a accordé ce qu'a ajouté le mauvais serviteur. C'est celui qui abuse de la miséricorde de Dieu pour se négliger encore davantage et

(1) Actes, 14, v. 22.

tionem dixisse, in culpam propriam vertitur. Unde sequitur : Respondens autem Dominus ejus, dixit ei : Serve male. Servus autem malus appellatur, quia calumniam Domino fecit; piger, quia talentum noluit duplicare; ut in altero superbiæ, in altero negligentia condempnetur. Si, inquit, durum et crudelem me noveras; et aliena sectari, tu scires me mea diligentius quæsiturum, et dares pecuniam meam sive argentum nummulariis: utrumque enim argyriou græcus sermo significat (ἀργυρίου) Eloquia, inquit (Psal. 11), Domini eloquia casta; argentum igne examinatum. Pecunia ergo et argentum prædicatio Evangelii et sermo divinus est, qui dari debuit nummulariis;

id est, vel cæteris doctoribus (quod fecerunt apostoli per singulas provincias presbyteros et episcopos ordinantes), vel cunctis credentibus, qui possunt pecuniam duplicare; et cum usuris reddere, ut quicquid sermone didicerant, opere explerent. GREG. (ut sup.). Sicut ergo periculum doctorum aspicitur, si dominicam pecuniam teneant, ita et auditorum; quia cum usuris ab eis exigitur, quod audierunt; ut scilicet ex eo quod audiunt, etiam studeant intelligere non audita.

ORIG. (ut sup.). Non autem confessus est Dominus se esse durum (sicut ille arbitratur), cæteris autem ejus sermonibus consensit: sed vere durus est his qui mise-

non pas pour se convertir, qui est véritablement dur. — S. GRÉG. — Écoutons la sentence du Seigneur qui frappe le mauvais serviteur : « Enlevez-lui son talent et donnez-le à celui qui en a dix. » — ORIG. — Le Seigneur peut, par sa puissance, enlever le suffisant à celui qui s'en est servi négligemment pour le reporter sur celui qui multiplie ce qu'il a reçu. — S. GRÉG. — Il paraissait plus à propos de le donner à celui qui n'avait reçu que deux talents au lieu de le transmettre à celui qui en avait cinq, comme ayant moins reçu ; mais comme par les cinq talents est indiquée la science des choses extérieures, et par les deux talents l'intelligence et l'action, celui qui a reçu deux talents a plus reçu que celui qui en a reçu cinq, car celui qui en a reçu cinq, livré tout entier au soin des choses extérieures, s'est trouvé tout-à-fait privé de l'intelligence des choses éternelles. Or, le talent unique qui représente, ainsi que nous l'avons dit, le don d'intelligence, a dû passer à celui qui a bien administré les choses extérieures qui lui ont été confiées, et c'est ce que nous voyons tous les jours dans l'Eglise, car nous voyons doués de l'intelligence des choses intérieures ceux qui ont été de fidèles administrateurs des choses extérieures. — S. JÉR. — Ou bien, il est donné à celui qui, par son travail, a obtenu dix talents, parce que, quoique la joie du Seigneur soit la même et en celui qui a multiplié deux talents qu'en celui qui en a multiplié cinq, cependant une plus grande récompense est due à celui qui a travaillé davantage dans les deniers du Seigneur. — S. GRÉG. — Bientôt arrive une sentence généralisée que le Seigneur exprime ainsi : « Il sera donné à quiconque possède déjà. » En effet, celui qui a déjà la charité perçoit aussi les autres dons, et celui qui n'a pas la charité perd

ricordia Dei abutuntur ad negligentiam suam, non ad conversionem suam. GREG. (ut sup.). Pigrum vero servum qua sententia Dominus feriat, audiamus : Tollite itaque ab eo talentum, et date ei qui habet decem talenta. ORIG. (ut sup.). Potest quidem Dominus suæ Divinitatis virtute auferre sufficientiam ab eo qui pigrius est ea usus, et dare ei qui eam multiplicavit. GREG. (ut sup.). Opportunum autem videbatur ut ei potius qui duo quam qui quinque talenta acceperat daretur : illi enim dari debuit, qui minus habebat : sed cum per quinque talenta exteriorum scientia designetur, per duo autem intellectus et operatio ; plus habuit qui duo, quam qui quinque talenta acceperat ; quia qui per talenta quinque exteriorum administrationem meruit, ab in-

tellectu æternorum adhuc vacuus fuit : unum ergo talentum, per quod intellectum significari diximus, illi dari debuit qui bene exteriora quæ acceperat ministravit : quod quotidie in sancta Ecclesia cernimus, ut etiam interna intelligentia polleant, qui exteriora fideliter administrant. HIER. Vel datur ei qui decem talenta fecerat, ut intelligamus (licet æquale sit Domini gaudium in utriusque labore ; ejus scilicet qui quinque et qui duo duplicavit), tamen majus deberi præmium ei qui plus in Domini pecunia laboravit. GREG. (ut sup.). Generalis etiam mox sententia subditur, qua dicitur : Omni enim habenti dabitur, etc. quisquis enim charitatem habet, alia etiam dona percipit ; quisquis autem charitatem non habet, etiam dona quæ percepisse videba-

aussi les autres dons qu'il paraissait posséder. — S. CHRYS. — Celui qui possède l'éclat de la parole et de la doctrine pour les faire fructifier, et qui ne s'en sert pas, perd la grâce elle-même, tandis que celui qui a le zèle s'attire des dons plus élevés. — S. JÉR. — Plusieurs qui ont reçu la science de la nature, et qui brillent par un génie vif et acéré auprès de celui qui, d'un génie plus difficile, a compensé cela par son travail et son industrie, perdent cet avantage de leur nature, et voient passer à d'autres la récompense qui leur avait été promise. L'on peut donner aussi cette autre explication : Celui qui a la foi et une bonne volonté en le Seigneur recevra de la bonté du juge ce qui lui manquait comme homme dans ses œuvres ; et celui qui n'aura pas la foi perdra les autres vertus qu'il paraissait tenir de la nature. Cette expression : « On lui enlèvera ce qu'il paraissait avoir, » est fort remarquable, car toute œuvre faite en dehors de la foi du Christ n'est pas imputable à celui qui a abusé de cette œuvre, mais elle est imputable à celui qui a donné même le bien de nature au méchant serviteur. — S. HIL. — La gloire de la loi appartient, elle aussi, à ceux qui usent de l'Évangile, tandis que toute la gloire qui paraissait leur venir de la loi doit être ravie à ceux qui n'ont pas la foi du Christ.

S. CHRYS. — Le mauvais serviteur, non-seulement n'est pas puni par cette perte qu'il éprouve, mais encore par un châtement intolérable, et à ce châtement se joint une sentence pleine d'accusation (1) : « Et vous jetterez ce serviteur inutile dans les ténèbres extérieures. » — ORIG. — Là où il n'y a nulle lumière pour éclairer, et pas même peut-être une lumière corporelle, ni il n'y a regard jeté du côté de

(1) Μετά τῆς κόλασεως ἡ ἀποφασίς πολλῆς γεμούσα τῆς κατηγορίας.

tur, amittit. CHRYS., in hom. (79, ut sup.). Qui etiam gloriam sermonis et doctrinæ ad proficiendum habet, non utens ea, gratiam perdit; qui autem studium adhibet, amplius attrahit donum. HIER. Multi etiam cum sint sapientes naturaliter, et habeant acumen ingenii (si fuerint negligentes, et desidia bonum naturæ corruerint) ad comparisonem ejus qui paululum tardior labore et industria compensavit quod minus habuit, perdunt bonum naturæ; et præmium quod eis fuerat repromissum, vident transire ad alios. Potest etiam sic intelligi : et qui fidem habet et bonam in Domino voluntatem, etiam si quid minus ut homo in opere habuerit, dabitur a bono judice; qui autem fidem non habnerit, etiam cæ-

teras virtutes (quas videbatur naturaliter possidere) perdet. Et eleganter inquit : Quod videtur habere, auferetur ab eo : quicquid enim sine fide Christi est, non ei debet imputari qui male eo abusus est; sed illi qui etiam malo servo naturæ bonum tribuit. HILAR. (ut sup.). Habentibus etiam usum evangeliorum etiam legis honor redditur : non habenti autem fidem Christi, etiam quod ex lege sibi esse videbatur honoris auferetur.

CHRYS., in homil. (79, ut sup.). Servus autem malus, non solum damno punitur, sed etiam intolerabili pœna; et cum pœna, accusabili denuntiatione : unde sequitur : Et inutilem servum ejicite in tenebras, etc. ORIG. Ubi scilicet nulla illuminatio est.

<p>attendit, ut tanta mora temporis quisque puniatur, quanta mora temporis, unde puniretur, admisit. Nullus enim extitit qui censeret tam cito nocentium finienda tormenta, quam cito factum est homicidium, vel adulterium. Qui vero pro aliquo grandi crimine morte mulcatur, nunquid mora qua occiditur ejus supplicium leges aestimant; et non quod eum in sempiternum auferant a societate viventium? Jam vero damnatum, ignominia, exilium, servitus, cum plerumque sic infliguntur ut nulla venia relaxentur: nonne pro hujus vitæ modo similis poenis videntur æternis? Ideo quippe æterna esse non possunt, quia nec ipsa vita quæ his plectitur, porrigitur in æternum. Sed inquit: quomodo ergo verum</p>	<p>est quod ait Christus (Matth., 7): In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, si temporale peccatum supplicio punitur æterne? Nec attendunt, non propter æquale temporis spatium, sed propter vicissitudinem mali (id est, ut qui mala fecerit, mala patiat) eandem dictam mensuram fuisse: factus est autem homo malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonum, quod esse posset æternum.</p> <p>GREG., 34, <i>Moral.</i> (ut sup.). At (inquiunt) nullus justus crudelitibus pascitur, et delinquens servus a justo domino ideo cædi præcipitur ut a nequitia corrigatur: iniqui autem gehennæ ignibus traditi, quo fine semper ardebunt? Quibus respondemus quod omnipotens Deus, quia</p>
--	--

Dieu tout puissant ne se repaît nullement, en tant que bon, du châtiement des malheureux, mais qu'il se trouve, en tant que juste, apaisé par la vengeance qui est tirée des pervers. Cependant le feu éternel qui dévorera les méchants aura cette utilité que, dans la gloire éternelle, les justes se reconnaîtront d'autant plus les débiteurs de la grâce divine qu'ils verront plus punis dans l'éternité les péchés que par son aide ils auront pu éviter. — S. Aug. — Mais, dira-t-on, de tous les corps créés par Dieu, il n'y en a aucun qui, pouvant souffrir, puisse ne pas mourir. Or, il est nécessaire qu'il vive pour souffrir, mais il n'est pas nécessaire que la douleur le tue. Est-ce que toute douleur tue nos corps qui sont actuellement mortels? Qu'il y ait telle douleur qui les tue, cela vient de ce que notre âme leur est unie de telle manière qu'elle cède et se retire devant les grandes douleurs. Alors l'âme sera unie à un tel corps, et elle lui sera unie par des liens tels que ces liens ne puissent être brisés en aucune manière. Alors ce ne sera pas l'absence de mort, mais une mort continue, l'âme ne pouvant pas vivre sans Dieu ni se débarrasser par la mort des douleurs du corps. Parmi ceux qui ont nié cette éternité du supplice, le plus miséricordieux est Origène, qui professe cette croyance, qu'après de longs et profonds châtiments infligés à leurs fautes le diable lui-même et ses anges seront arrachés à ces tourments et remis dans la société des saints anges. Mais l'Église le désavoue non-seulement à cause de cette opinion, mais encore à cause d'une foule d'autres, et elle l'abandonne à cette illusion de cette fausse miséricorde qui lui faisait laisser aux saints de véritables souffrances

pius est, miserorum cruciatu non pascitur; quia autem justus est, ab iniquorum ultione non sedatur: et tamen ad aliquid iniqui semper concremantur, ut scilicet justis tanto in æternum magis divinæ gratiæ debitores se esse cognoscant, quanto in æternum mala puniri conspiciunt, quæ ejus adjutorio vitare potuerunt. AUG., 21 lib., *De civit.* (cap. 3). Sed nullum est (inquiunt) corpus Dei: quod dolere possit mori non possit: necesse est autem ut vivat dolens, non est necesse ut occidat dolor; quia nec corpora ista mortalia omni dolor occidit: et ut dolor aliquis possit occidere, illa causa est, quoniam sic connexa est anima huic corpori ut summis doloribus cedat atque discedat: tunc autem tali corpori anima et eo connectitur modo ut illud vinculum nullo do-

lore vindicatur: non ergo tunc nulla, sed sempiterna mors erit, quando nec vivere anima poterit Deum non habendo, nec doloribus corporis carere, moriendo. (Et cap. 17.) Inter hujusmodi autem æternitatem supplicii negantes, misericordior fuit Origenes, qui et ipsum diabolum et angelos ejus post graviora pro meritis et diuturna supplicia, ex illis cruciatibus eruendos, et sociandos sanctis angelis credidit. Sed illum et propter hoc, et propter alia nonnulla, non immerito reprobavit Ecclesia, quia et hoc quod misericors videbatur, amisit; faciendo sanctis veras misérias, quibus pœnas inerent, et falsas beatitudines, in quibus securum et sempiternum boni gaudium non haberent. Longe autem aliter aliorum misericordia humano errat affectu, qui homi-



pour éviter les châtimens futurs, et des bonheurs illusoires privés de la sécurité et de l'éternité du bonheur suprême. Mais ils errent bien autrement et toujours par un sentiment humain, ceux qui font succéder l'éternelle félicité aux souffrances temporelles auxquelles les hommes seraient condamnés à ce dernier jugement et dont ils seraient délivrés plus ou moins vite. Pourquoi, d'ailleurs, cette miséricorde, qui se répand indistinctement sur toute la nature humaine, se trouve-t-elle desséchée aussitôt qu'elle touche à la nature angélique? — S. GRÉG. — Mais, disent-ils, comment sont-ils saints en ne priant pas pour les impies qu'ils verront alors brûler? Ils prient pour leurs ennemis tant qu'ils peuvent par leurs prières les amener à une pénitence profitable, mais pourquoi prieraient-ils pour ceux qu'ils ne peuvent plus désormais convertir de l'iniquité?

S. AUG. — Il s'en trouve qui promettent la délivrance du feu éternel, non pas à tous les hommes indistinctement, mais à tous ceux qui ont été lavés de l'eau du baptême, et qui ont participé à son corps, quelle qu'aît été d'ailleurs leur vie, et cela parce que le Seigneur a dit ces paroles : « Si quelqu'un a mangé de ce pain, il ne mourra jamais. » Ainsi, il en est encore qui font cette promesse, non pas à tous ceux qui ont participé au sacrement du Christ (1), mais aux seuls catholiques, quoique d'ailleurs vivant mal, qui ont non-seulement participé au sacrement du Christ, mais qui ont réellement mangé son corps, faisant partie de son corps mystique, c'est-à-dire de son Église, et ils ajoutent que cela sera malgré qu'ils soient plus tard

(1) Saint Augustin exprime que c'est le sacrement du baptême et celui du corps du Christ dont il veut ainsi parler.

num illo iudicio damnatorum miserias temporales, hominum vero qui vel citius vel tardius liberantur, æternam felicitatem putant. Cur autem hæc misericordia ad universam naturam manat humanam, et cum ad angelicam ventum fuerit, mox arescit? GREG., 34, *Moral.* (ut sup.). At (inquiunt) ubi est quod sancti sunt, si pro inimicis suis quos tunc ardere viderint, non orabunt? Orant quidem pro inimicis suis eo tempore quo possunt ad fructuosam pœnitentiam eorum corda convertere; quomodo autem tunc orabitur pro illis qui jam nullatenus possunt ab iniquitate commutari?

alii ab æterno supplicio liberationem non omnibus hominibus promittentes, sed tantummodo Christi baptismo ablutis, qui participes sunt corporis ejus, quomodolibet vixerint; propter illud quod ait Dominus (Joan., 6) : Si quis manducaverit ex hoc pane, non morietur in æternum. (Et cap. 20.) Item sunt qui non omnibus habentibus Christi sacramentum, sed solum catholicis (quamvis male viventibus) hoc pollicentur, qui non solum sacramento, sed re ipsa manducaverunt corpus Christi, in corpore ejus (quod est Ecclesia) constituti; etiam si postea in aliquam hæresim vel Gentilium idolatriam fuerint lapsi. (Et cap. 21.) Sunt autem qui propter id quod Scriptum est

AUG., *De civit. Dei* (cap. 19). Item sunt

tombés ou dans une hérésie, ou dans une idolâtrie païenne. Il en est qui, les yeux fixés sur cette parole : « Celui qui aura persévéré jusqu'à la fin, ce sera celui qui sera sauvé, » n'étendent cette promesse qu'à ceux qui persévèrent dans l'Église catholique, quoique y vivant mal, disant qu'ils seront sauvés du feu par la vertu de leur fondement, de la foi, feu dont les méchants seront punis au dernier jour. Mais l'Apôtre se déclare contre eux tous dans les paroles suivantes : « Les œuvres de la chair sont évidentes, et ce sont l'impureté, la fornication et autres choses semblables. Je vous prédis que tous ceux qui font des choses semblables ne posséderont pas le royaume de Dieu. » Si quelqu'un préfère au fond de son cœur les choses temporelles au Christ, quoiqu'il paraisse avoir la foi au Christ, cependant le Christ à qui l'on préfère de telles choses n'est point du tout le fondement (1) dans son cœur. Mais s'il fait plus et s'il commet l'iniquité, il est convaincu non-seulement de ne pas avoir préféré le Christ, mais encore de l'avoir fait venir après. — J'en ai trouvé aussi qui pensaient qu'il n'y aurait à être punis de ce supplice éternel que ceux qui auraient négligé de faire des aumônes capables d'expier leurs fautes, et c'est pourquoi ils prétendent que le juge, dans sa sentence, n'a voulu faire mention que d'aumônes faites ou négligées. Mais celui qui fait des aumônes à son prochain devrait commencer par s'en faire à lui-même, car il ne convient pas qu'il se refuse à lui-même ce qu'il ne refuse pas à son prochain, et qu'après avoir entendu cette parole : « Vous aimerez votre prochain comme vous-même, » il ne prête pas

(1) « Personne ne peut placer d'autre fondement que celui qui a été placé, qui est le Christ » (1 Corinth., 3, v. 11).

---

(Matth., 23 et 24) : Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit, non nisi in catholica Ecclesia perseverantibus (quamvis in ea male viventibus) hoc promittunt, quod merito fundamenti (id est, fidei) per ignem salventur (1 Corinth., 3) quo igne in ultimo iudicio punientur mali. (Et cap. 25.) Sed omnibus his contradicit Apostolus, dicens (Galat., 6) : Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt immunditia, fornicatio, et his similia; quæ prædico vobis quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. (Et cap. 26.) Si quis autem temporalia in corde suo præponit Christo, etsi videatur habere fidem Christi, non est tamen in eo fundamentum Christi, cui talia præponuntur : quanto magis si committat illicita, non præposuisse, sed postposuisse Christum convincitur. (Et cap. 22.) Comperi etiam quosdam putare, eos solum arduos, illius æternitate supplicii, qui pro peccatis dignas eleemosynas facere negligunt : ideo iudicem ipsum noluisse existimant commemorare aliud se esse dicturum, nisi eleemosynas, sive factas, sive non factas. (Et cap. 27.) Sed qui digne pro peccatis suis eleemosynas facit, prius eas facere insipit a seipso : indignum est enim ut ipse sibi non faciat qui facit in proximum; cum audiat dicentem Deum (Matth., 22) : Diliges proximum tuum sicut teipsum; itemque audiat (Eccl., 30) : Miserere animæ tuæ placens Deo. Hanc eleemosynam (id est, ut Deo placeat) non faciens animæ suæ, quomodo

l'oreille à celle-ci : « Ayez pitié de votre âme en vous efforçant de plaire à Dieu. » Comment peut-on dire qu'il fait des aumônes capables de racheter son péché, celui qui ne fait pas à son âme cette aumône de plaire à Dieu? Nous devons faire ces aumônes pour être exaucés au moment où nous demandons la rémission de nos péchés, mais non pas pour acheter par elles la faculté de persévérer dans le mal. Si le Seigneur place à sa droite ceux qui ont fait des aumônes et à sa gauche ceux qui n'en ont pas fait, c'est non pas pour nous engager à commettre continuellement des péchés que nous considérons comme impunis, mais pour nous montrer quelle est la vertu des aumônes pour effacer les anciens péchés.

ORIG. — Ce n'est pas, ainsi que plusieurs le pensent, une seule espèce de justice qui est récompensée, car, en quelque matière que l'on observe le précepte du Christ, c'est toujours le Christ que l'on abreuve et que l'on nourrit, lui qui s'abreuve et se nourrit de la justice et de la vérité des fidèles. C'est aussi en recevant le bouclier de la sagesse que nous offrons un vêtement au Christ qui a froid, et nous devons faire fructifier cette sagesse jusqu'au point qu'elle nous serve à en instruire d'autres que nous couvrirons ainsi des entrailles de notre miséricorde. Lorsque nous préparons par diverses vertus notre cœur à le recevoir, lui ou ceux qui lui appartiennent, nous le recevons comme un voyageur dans l'habitation de notre cœur. Ainsi, lorsque nous visitons un frère malade ou dans sa foi ou dans ses mœurs, et que nous allons à lui ou par la parole qui enseigne, ou par celle qui réprimande, ou par celle qui console, c'est le Christ lui-même que nous visitons. D'ailleurs, toutes choses ici-bas sont prison pour le Christ et pour ceux qui lui appartiennent en ce monde et qui sont

dignas pro peccatis suis facere eleemosynas dicendus est? Propter hoc ergo eleemosynæ faciendæ sunt, ut cum de præteritis peccatis deprecamur, exaudiamur : non ut in eis perseverantes licentiam malefaciendi nos per eleemosynas comparare credamus. Ideo autem Dominus a dextris eleemosynas ab eis factas, a sinistris non factas se imputaturum esse prædixit ; ut hiuc ostenderet quantum valent eleemosynæ ad priora delenda, non ad perpetua impune committenda peccata.

ORIG. (ut sup.). Vel non unius tantum justitiæ species remuneratur, sicut existimant multi : in qualibuscunq; enim causis

mandatum Christi quis fecerit, Christum cibam et potat, qui fidelium justitiam et veritatem manducat et bibit. Item Christo argenti teximus vestimentum accipientes sapientiæ texturam ; adeo ut per doctrinam aliquos doceamus, et induamus eos viscera misericordiæ. Quando et præparamus cor nostrum diversis virtutibus ad receptaculum ejus, vel illorum qui sunt ipsius, ipsum peregrinantem suscipimus in domum pectoris nostri. Item cum fratrem infirmum [sive in fide, sive in bono opere] visitaverimus, aut per doctrinam, aut per increpationem, aut per consolationem, ipsum Christum visitamus. Deinde omne quod hic

comme prisonniers dans les exigences de la nature. Lorsque nous leur avons fait du bien, nous les avons visités dans leur prison, et le Christ en eux.

---

## CHAPITRE XXVI.

*Jésus, ayant achevé tous ces discours, dit à ses disciples : Vous savez que la pâque se fera dans deux jours ; et le Fils de l'homme sera livré pour être crucifié.*

S. HIL. — Après le discours qui nous l'a montré revenant et ramenant sa gloire, il nous avertit maintenant qu'il va souffrir, et il nous en avertit afin que nous reconnaissons que le mystère de sa croix se trouve mêlé à la gloire de son éternité : « Et il arriva que lorsque Jésus eut fini tous ces discours. » — RAB. — C'est-à-dire tout ce qui concernait la fin du monde et le jour du jugement, ou bien parce qu'il avait terminé toutes les œuvres et toutes les prédications qui devaient s'étendre du commencement de son Évangile jusqu'à sa passion. — ORIG. — Il ne dit pas simplement : « Tous les discours, » mais tous ces discours, car il devait encore prononcer d'autres discours avant d'être livré.

---

est, carcer est Christi, et eorum qui sunt ejus, qui sunt in hoc mundo degentes, quasi etiam in carcere naturæ necessitate	constricti. Cum ergo bonum opus in eis fecerimus, visitamus eos in carcere, et Christum in eis.
--	---

---

## CAPUT XXVI.

*Et factum est cum consummasset Jesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis : Scitis quia post biduum Pascha fiet, et Filius hominis tradetur ut crucifigatur.*

HILAR. (can. 28, *in Matth.*). Post sermonem quo venturum se Dominus in reditu claritatis ostenderat, nunc passurum esse se admonet, ut sacramentum crucis admixtum esse gloriæ æternitatis agnoscerent :

inde dicitur : Et factum est cum consummasset Jesus sermones hos omnes. RAB. Scilicet de consummatione seculi et de die judicii : vel quia ab initio Evangelii usque ad passionem omnia faciendo et prædicando compleverat. ORIG. (tract. 35, *in Matth.*). Non simpliciter autem dixit omnes, sed, hos omnes : adhuc enim oportebat eum etiam alios loqui sermones priusquam traderetur.

« Et il dit à ses disciples : Vous savez qu'après deux jours a lieu la pâque. » — RAB. (1). — Ainsi qu'on le voit en saint Jean, six jours avant la pâque, Jésus vint à Béthanie; c'est de là qu'il vint à Jérusalem, monté sur un ânon, et ensuite se passe ce qui est raconté comme s'étant passé à Jérusalem. Nous devons admettre qu'il s'écoula quatre jours depuis son arrivée à Béthanie, puisque nous voici à deux jours seulement de distance de la pâque. Il y a cette différence entre la pâque et les autres jours des azymes, que le nom de pâque était spécialement (2) consacré au jour où, sur le soir, était immolé l'agneau pascal. C'était à la quatorzième lune du premier mois, et à la quinzième lune, anniversaire de la sortie d'Israël d'Égypte, que succédait la fête des azymes. Cependant les évangélistes ont coutume de prendre l'un pour l'autre. — S. JÉR. — Le nom de pâque ne vient pas, ainsi que quelques-uns l'ont pensé, de *πασχειν*, *souffrir*, et ne veut par conséquent pas signifier passion; mais il signifie *passage*, parce que l'ange exterminateur, en voyant le sang couvrir le seuil des portes des Israélites, passa, et ne les frappa pas; ou bien, parce que le Seigneur se montra descendant d'en haut en venant au secours des Israélites. — RÉMIG. — Ou bien, c'est parce que, avec le secours du Seigneur, le peuple d'Israël passa de la servitude d'Égypte à la liberté. — ORIG. — Il ne dit pas : « La pâque sera ou viendra, » mais « se fera, » pour montrer qu'il ne parlait pas de la pâque selon la loi, mais d'une pâque telle qu'on ne l'avait jamais faite. — RÉMIG. — Le mot pâque est un

(1) Il a emprunté ceci à saint Augustin, lib. 3, *De consens. Evang.*, cap. 78.

(2) Cependant les Actes des apôtres étendent ce nom à tous les jours des azymes, lorsqu'ils racontent qu'Hérode gardait Pierre en prison les jours des azymes, « parce qu'il voulait après la pâque le produire devant le peuple » (Act., 12, v 4).

Sequitur : Dixit discipulis suis : Scitis quia post biduum pascha fiet. RAB. Sicut etiam ex Joannis narratione colligitur (cap 12) ante sex dies Paschæ venit Jesus in Bethaniam; inde venit Hierusalem sedens super asellum; postea geruntur ea quæ narrantur Hierosolymis gesta. Ex illo ergo die quo venit in Bethaniam, intelligimus consummatum quadriduum, ut occurreret dies ante biduum Paschæ. Hoc autem inter Pascha et azyma distat, quod Pascha ipse solus dies appellatur in quo agnus occidebatur ad vesperam : hoc est, decimaquarta luna primi mensis; decimaquinta autem luna, quando egressus est populus de Ægypto, succedebat festivitas azymorum.

Verum Evangelistæ unum pro altero ponere solent. HIER. Pascha autem (quod hebraice dicitur phase), non a passione, ut plerique arbitrantur (sive a verbo, *πασχειν*, quod est pati), sed a transitu nominatur, eo quod exterminator videns sanguinem in foribus Israelitarum, pertransierit, nec percusserit eos (*Exod.*, 12), vel ipse Dominus præbens auxilium populo suo desuper ambulaverit. RÉMIG. Sive quia auxiliante Domino populus israeliticus liberatus ab ægyptiaca servitute, transivit ad libertatem. ORIG. (ut sup.). Non autem dixit : Post biduum Pascha erit aut veniet, ne ostenderet illud Pascha futurum quod fieri solebat secundum legem (*Exod.*, 1, 2), sed Pascha fiet;

nom mystique, et il a été donné à ce jour, parce que ce jour-là le Christ passa du monde à son Père, de la corruption à l'incorruption, de la mort à la vie; ou bien, parce que par son salutaire passage il racheta le monde de l'esclavage du démon. — S. JÉR. — Après les deux jours de la brillante lumière du Nouveau et de l'Ancien-Testament, la véritable pâque se célèbre (1). Or, notre pâque, ou notre passage, aura lieu, si après avoir abandonné les choses de la terre nous nous hâtons vers celles du ciel.

ORIG. — Il prédit à ses disciples qu'il sera livré, par ces mots : « Et le Fils de l'homme sera livré pour être crucifié. » Il les avertit, de peur que voyant tout d'un coup, avant que d'en être instruits, ce qui devait arriver, ils ne soient saisis de stupeur en voyant leur maître livré à la mort. Il s'exprime à la troisième personne : « Il sera livré; » car c'est Dieu qui l'a livré à cause de sa miséricorde envers le genre humain; c'est Judas par avarice; ce sont les prêtres par envie; c'est le diable par appréhension. Il craignait qu'il ne lui arrachât le genre humain par ses doctrines, et il ne s'apercevait pas qu'il le lui arracherait bien plus par sa mort que par ses miracles et par sa prédication.

*Au même temps les princes des prêtres et les anciens du peuple s'assemblèrent dans la salle du grand-prêtre appelé Caïphe; et tinrent conseil ensemble pour trouver moyen de se saisir adroitement de Jésus, et de le faire mourir. Et ils disaient : Il ne faut point que ce soit pendant la fête, de peur qu'il ne s'excite quelque tumulte parmi le peuple.*

LA GLOSE (2). — L'évangéliste montre les préparatifs et toute la ma-

(1) Notre pâque, le Christ, a été immolée (1 Corinth., 5, v. 7).

(2) Plutôt dans saint Anselme.

hoc est, quale nunquam factum fuerat. REMIG. Mystice enim Pascha dicitur quia ea die Christus transiit de mundo ad Patrem de corruptione ad incorruptionem, de morte ad vitam; sive quia salubri transitu a dæmoniaca servitute mundum redemit. HIER. Post duos etiam dies clarissimi luminis veteris et novi Testamenti, verum pro mundo celebratur Pascha : transitus etiam noster (id est, phase) ita celebratur, si terrena dimittentes, ad cœlestia festinemus.

ORIG. (ut sup.). Prædicit autem discipulis se tradendum, cum subdit : Et Filius hominis tradetur ut crucifigatur; præmonens eos ne priusquam audiant quæ fuerant fu-

tura, subito videntes tradi magistrum ad crucem, obstupescant. Ideo autem impersonaliter posuit, traditur, quia Deus tradidit eum propter misericordiam circa genus humanum; Judas propter avaritiam; sacerdotas propter invidiam; diabolus propter timorem (ne evelleretur de manu ejus genus humanum per doctrinam ipsius), non advertens quoniam magis fuerat eripiendum genus humanum per mortem ipsius, quam ereptum fuerat per doctrinam et miracula.

*Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caïphas; et consilium*

chination qui précéderent la passion du Christ qu'il vient d'annoncer lui-même : « Alors s'assemblèrent les princes des prêtres. » — RÉMIG. — Le mot *alors* rattache ceci à ce qui précède : il s'agit donc du temps qui précéda la pâque. — ORIG. — Ce n'étaient point là les véritables prêtres et les véritables anciens, mais les prêtres et les anciens de celui qui n'avait que l'apparence du peuple de Dieu. Véritable peuple de Gomorrhe, il ne comprit pas quel était le grand-prêtre de Dieu, et il lui tendit des embûches; et ne sachant pas discerner *cet aîné de toute créature*, il concerta des projets contre celui qui est plus ancien que tous.

S. CHRYS. — Pleins de projets iniques, ils viennent au prince des prêtres pour recevoir de lui un pouvoir qu'il aurait dû empêcher. Alors il y avait plusieurs princes des prêtres, tandis que la loi n'en reconnaissait qu'un. On peut voir là un commencement de la décadence de cette nation. Moïse avait établi qu'il n'y aurait qu'un seul grand-prêtre, et que ce ne serait qu'après la mort de celui-ci qu'on lui choisirait un successeur; plus tard, ils devinrent annuels. On appelle ici princes des prêtres ceux qui avaient figuré parmi les princes des prêtres. — RÉMIG. — Ce qui les condamne, c'est qu'ils étaient princes des prêtres et réunis entre eux; car plus sont nombreux ceux qui se réunissent pour commettre un mal; plus ils sont élevés, nobles et illustres, et plus le mal qu'ils commettent est grand, et plus est grande la peine qui leur est destinée. L'évangéliste ajoute, pour exprimer la simplicité et la vertu du Seigneur : « Afin de prendre

*fecerunt, ut Jesum dolo tenerent et occiderent. Dicebant autem : Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.*

GLOSSA. Ostendit Evangelista apparatus et machinationem dominicæ passionis, quam Christus prænuñtiaverat : unde dicit : Tunc congregati sunt principes sacerdotum. RÉMIG. Quod autem dicit, tunc, superioribus verbis conjungitur, id est, antequam Pascha celebraretur. ORIG. (ut sup.). Non autem veri sacerdotes et seniores, sed illius qui videbatur populus Dei; vere autem erat populus Gomorrhæ, non intelligentes summum sacerdotem Dei, insidiati sunt ei; et non cognoscentes primogenitum universæ creaturæ, etiam senioyem omnibus consiliati sunt contra eum.

CHRYS., in homil. (80, ut sup.). Iniqua vero negotia tentantes, ad principem sacer-

dotum veniunt, inde volentes potestatem accipere, unde prohiberi oportebat. Multi autem erant tunc principes sacerdotum, lex vero unum esse volebat; unde manifestum est quod judaica dissolutio accipiebat principium; Moyses enim unum principem sacerdotum esse jussit, et eo mortuo alterum fieri : postea vero annui facti sunt. Eos igitur ait hic principes sacerdotum, qui de principibus sacerdotum erant. RÉMIG. Condemnantur autem isti, et quia congregati sunt, et quia principes sacerdotum fuerunt : quo enim plures ad peragendum aliquod malum conveniunt, et quod sublimiores, et clariores, et nobiliores fuerint, eo deterius habetur malum quod committitur, et eo major poena illis præparatur. Ad ostendendam autem Domini simplicitatem et innocentiam, addidit Evangelista : Ut Jesum dolo tenerent et occiderent : in quo enim nullam

Jésus par ruse et de le tuer. » Ils tinrent conseil pour prendre par ruse et pour tuer celui chez qui ils ne pouvaient trouver aucun motif de mort. — S. CHRYS. — Ils tinrent donc conseil pour le prendre en cachette et le tuer; car ils craignaient le peuple, et pour cela ils voulaient laisser passer la fête : « Ils disaient, en effet : Non pas au jour de fête. » Le diable ne voulait pas que le Sauveur souffrît pendant la pâque, pour que sa passion ne fût pas rendue publique. Les princes des prêtres n'eurent nullement de crainte portant sur Dieu, c'est-à-dire qu'ils ne craignirent nullement que leur péché en fût plus grave pour avoir été commis pendant la pâque, et ils n'avaient en tout que des préoccupations humaines; et c'est pour cela qu'ils disent : « Afin qu'il n'y ait point de trouble parmi les hommes. » — ORIG. — A cause des variations du peuple, tantôt croyant au Christ et tantôt ne croyant pas en lui, tantôt l'aimant, tantôt le détestant.

S. LÉON. — Les princes, en prenant garde à ce qu'il n'y eût pas de trouble au jour de fête, ne pourvoyaient pas ainsi à la solennité, mais au crime; car en redoutant les troubles pour cette principale fête de l'année, ce qu'ils craignaient, ce n'était pas que le peuple péchât, mais que le Christ ne s'échappât. — S. CHRYS. — Mais la fureur qui les consumait leur fit changer leur dessein; et trouvant un traître, ils tuèrent le Christ au jour même de la fête. — S. LÉON. — Nous devons comprendre que c'est par l'effet particulier d'un dessein de la Providence que les princes des Juifs, qui avaient souvent cherché une occasion de sévir contre le Christ, ne reçurent qu'à la solennité de Pâque le pouvoir d'exercer leur fureur. Il importait, en effet, que ce qui avait été promis par un mystère si longtemps figuré eût une

mortis causam invenire poterant, consilium in eum fecerunt, ut dolo tenerent et occiderent. CHRYS., in homil. (80, ut sup.). Consiliati sunt ergo, ut tenerent eum occulte, et interimerent : formidabant autem populum, ideoque expectabant festivitatem præterire : propter quod sequitur : Dicebant autem : Non in die festo : diabolus enim nolebat in Pascha Christum pati, ut non manifestam ejus constitueret passionem. Principes autem sacerdotum, non ea quæ Dei sunt, timuerunt (ne scilicet peccato in hoc tempore peracto, major eis inquinatio fieret), sed ubique quæ humana sunt, cogitabant : unde sequitur : Ne forte tumultus fieret in populo. ORIG. (ut sup.). Propter diversa studia populi diligentis

Christum, et odientis; credentis, et non credentis.

LEO Papa, in serm. *De Pascha*. Providentibus ergo principibus ne in sancto die tumultus oriretur, non festivitati sed facinori studebatur : seditioes enim turbarum fieri in præcipua solemnitate metuebant, non ut populus non peccaret, sed ne Christus evaderet. CHRYS., in homil. (80, ut sup.). Sed tamen furore ferventes, immutati sunt a suo consilio; quia enim traditorem invenerunt, in ipsa festivitate Christum occiderunt. LEO Papa, in serm. *De Pasch.* (ut sup.). Divino autem intelligimus dispositum fuisse consilio ut Judæorum principes qui sæviendi in Christum occasionem sæpe quæsierant, non nisi in solem-



éclatante réalisation, et que la multiplicité des victimes figuratoires eût sa réalisation en un seul sacrifice. Afin que les ombres cédassent devant la réalité, que les images disparussent devant la vérité, l'hostie se transforme en une autre hostie, le sang fait disparaître le sang, et les cérémonies légales reçoivent leur accomplissement au moment où elles disparaissent.

*Or Jésus étant à Béthanie, dans la maison de Simon le lépreux, une femme vint à lui avec un vase d'albâtre rempli d'une huile de parfum d'un grand prix, qu'elle lui répandit sur la tête lorsqu'il était à table. Ce que les disciples voyant, ils s'en fâchèrent, et dirent : A quoi bon cette perte ? Car on aurait pu vendre ce parfum bien cher, et en donner l'argent aux pauvres. Mais Jésus, sachant ce qu'ils disaient, leur dit : Pourquoi tourmentez-vous cette femme ? Ce qu'elle vient de faire envers moi est une bonne œuvre. Car vous aurez toujours des pauvres parmi vous ; mais pour moi, vous ne m'aurez pas toujours. Et lorsqu'elle a répandu ce parfum sur mon corps, elle l'a fait pour m'ensevelir par avance. Je vous dis en vérité que partout où sera prêché cet Evangile, c'est-à-dire dans tout le monde, on racontera à la louange de cette femme ce qu'elle vient de faire.*

LA GLOSE. — Après avoir parlé du conseil que tinrent les princes pour tuer Jésus, l'évangéliste se met à nous en raconter l'accomplissement, et à nous montrer comment Judas fit un traité avec les Juifs pour livrer le Christ. Mais d'abord il fait précéder la cause de la trahison, et c'est la douleur qu'il ressentit de ce que le parfum n'avait pas été vendu, ce parfum que cette femme avait répandu sur la tête du Sauveur. Il aurait voulu voler quelque chose du prix, et il trahit son maître, pour trouver dans le prix de sa trahison une compensation à

nitare paschali exercendi furoris sui acciperent potestatem : oportebat enim ut manifesto implerentur effectu, quæ diu figurato fuerant promissa mysterio ; ut ovem significativam vera removeret ovis ; et uno expleretur sacrificio variarum differentia victimarum. Ut ergo umbræ cederent corpori, et cessarent imagines sub præsentia veritatis, hostia in hostiam transit ; sanguine sanguis aufertur ; et legalis festivitas, dum mutatur, impletur.

*Cum autem esset Jesus in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi, et effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli ejus, indignati sunt dicentes : Ut quid perditio hæc ? Potuit enim istud venditari multo, et dari pauperibus.*

*Sciens autem Jesus, ait illis : Quid molesti estis huic mulieri ? Opus enim bonum operata est in me : nam semper pauperes habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis : mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis, ubicunque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur et quod hæc fecit in memoriam ejus.*

GLOSSA. Ostenso consilio principum de Christi occisione, vult exsequi Evangelista completionem ejus ; ostendens qualiter Judas habuit conventionem cum Judæis, ut Christum traderet ; sed prius causam proditiionis præmittit : doluit enim quia non erat venditum unguentum, quod mulier super Christi caput effudit, ut de pretio aliquid tolleret : unde voluit hoc damnum proditi-

cette perte : « Lors donc que Jésus était à Béthanie, dans la maison de Simon le lépreux. » — S. JÉR. — Non pas qu'il fût lépreux en ce temps-là, car il avait été guéri par le Sauveur de la lèpre qu'il avait auparavant, et le nom de lépreux lui était resté pour rappeler la puissance qui l'avait guéri.

« Une femme s'approcha de lui, qui avait un vase d'albâtre d'un parfum précieux. » — RAB. — L'albâtre est une espèce de marbre blanc veiné de diverses nuances, et qui sert ordinairement pour vases à parfums, ayant, dit-on, la propriété de les conserver fort bien sans qu'ils se corrompent. — S. JÉR. — Un autre évangéliste, au lieu de parler d'un vase de parfum précieux, parle d'un *nard fidele*, c'est-à-dire vrai et sans mélange. — RAB. — Le mot grec *pistis* (1) veut dire *foi*, et par conséquent, ce nard qui est dit *pisticum* était ce nard *fidele*, c'est-à-dire pur et sans avoir été changé par un mélange.

« Et elle le répandit sur sa tête au moment où il était à table. » — ORIG. — Peut-être quelqu'un dirait qu'il y eut quatre femmes dont les évangélistes ont écrit, mais c'est plutôt mon avis qu'il n'y en eut que trois : une dont parlent saint Matthieu et saint Marc, l'autre dont parle saint Luc, et une troisième dont parle Jean. — S. JÉR. — Que personne ne pense que ce fut la même qui répandit le parfum sur la tête et qui le répandit sur les pieds. Celle qui le répandit sur les pieds les inonda de ses larmes, les essuya de ses cheveux, et elle est appelée clairement *courtisane*, tandis que rien de semblable n'est écrit sur celle-ci. D'ailleurs une courtisane ne pouvait tout d'un coup s'élever jusqu'à la

(1) On peut faire aussi venir le mot *pisticum* de *πινω*, qui veut dire *boire*, et le nard est dit ici potable pour dire qu'il était broyé, liquide.

tione magistri recompensare. Dicit ergo : Cum autem esset Jesus in Bethania, in domo Simonis leprosi. HIER. Non quod leprosus illo tempore permaneret; sed quia antea leprosus, postea a Salvatore mundatus est; nomine pristino permanente, ut virtus curantis appareat.

Sequitur : Accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi. RABA. Est autem alabastrum genus marmoris candidi, variis coloribus intincti, quod ad vasa unguentaria cavare solent, eo quod optime servare ea incorrupta dicatur. HIER. Alius autem Evangelista (Joan., 12) pro alabastro unguenti pretiosi, nardum pisticum posuit; hoc est, veram, et absque

dolo. RABA. Pistis enim græce, latine dicitur fides; unde pisticum, id est, fidele : erat enim illud unguentum tunc fidele, id est, purum, et non adulteratum.

Sequitur : Et effudit super caput ipsius recumbentis. ORIG. (ut sup.). Forsitan quis diceret quatuor fuisse mulieres de quibus conscripserunt evangelistæ : ego autem magis consentio tres fuisse : et unam quidem de qua scripserunt Matthæus et Marcus, alteram de qua scripsit Lucas, aliam de qua scripsit Joannes. HIER. Nemo enim putet eandem esse quæ super caput unguentum, et quæ super pedes effudit : illa enim lacrymis lavit, et crine tersit, et manifeste meretrix appellatur : de hac au-

tête du Sauveur. — S. AMB. — Cette femme ne peut pas être la même, et, par conséquent, les évangélistes doivent être lavés du reproche de se contredire. D'ailleurs cette question peut être résolue au point de vue de la diversité des époques et des mérites, l'une étant encore pécheresse et l'autre étant plus parfaite. — S. CHRYS. — Et c'est à cause de cela qu'il paraît qu'il s'agit d'une seule et de la même dans les trois évangélistes Matthieu, Marc et Luc. Ce n'est pas sans raison que l'évangéliste rappelle la lèpre de Simon, car il nous montre ainsi où cette femme puisa sa confiance d'approcher du Christ. La lèpre était un mal impur, et cette femme, voyant que Jésus avait guéri cet homme chez lequel il séjournait, elle eut confiance qu'il pourrait facilement faire disparaître l'impureté de son âme. Tandis que toutes les autres femmes ne s'étaient approchées de Jésus que pour la guérison de leur corps, seule elle s'approcha du Christ pour l'honorer. Elle ne vient point pour sa guérison, puisqu'elle n'a rien de malade dans son corps. Et c'est pour cela que nous devons l'admirer davantage. Or, dans Jean, ce n'est pas la même femme dont il s'agit, mais une autre, cette sœur admirable de Lazare. — ORIG. — Et la raison en est que Matthieu et Marc racontent ce fait comme ayant eu lieu dans la maison de Simon le lépreux, tandis que Jean nous apprend que Jésus vint là où était Lazare, et que ce n'était pas Simon, mais Marthe et Marie qui servaient. D'ailleurs dans Jean, c'est six jours avant la pâque qu'eut lieu le repas de Marthe et de Marie, lorsque Jésus vint à Béthanie, tandis qu'ici, au moment où il fut dans la maison de Simon, il n'y a que deux jours jusqu'à la pâque. Dans Matthieu et Marc ce sont tous les disciples qui se livrent

tem nihil tale scriptum est : nec enim poterat statim capite Domini meretrix digna fieri. AMBROS., *sup. Lucam* (cap. 7). Potest ergo non eadem esse, ne sibi contraria dixisse evangelistæ videantur : potest etiam quæstio, meriti et temporis diversitate, dissolvi ; ut adhuc illa peccatrix sit, jam ista perfectior. CHRYS., in homil. (81, *in Matth.*). Et secundum hoc apud tres Evangelistas (scilicet Matthæum, Marcum et Lucam) una et eadem esse videtur. Non autem absque ratione lepræ Simonis meminit Evangelista ; sed ut ostendat unde fiduciam sumens hæc mulier accessit ad Christum : quia enim lepra immunda passio esse videbatur, videns quod Jesus illum hominem curaverat apud quem manebat, confidit quod et animæ ejus immunditiam facile

expurgaret ; et aliis mulieribus pro curatione corporis ad Christum accedentibus sola ipsa honoris gratia ad Christum accessit ; et non propter animæ curationem, cum nihil in corpore infirmum haberet : quapropter maxime aliquis eandem admirari debet : apud Joannem autem non est eadem mulier, sed altera quædam mirabilis Lazari soror. ORIG. (ut sup.). Quoniam Matthæus quidem et Marcus in domo Simonis leprosi hoc factum fuisse exponunt ; Joannes autem, quod venit Jesus ubi erat Lazarus ; et non Simon, sed Maria et Martha ministrabant. Adhuc secundum Joannem ante sex dies Paschæ venit in Bethaniam, quando fecerunt ei cœnam Maria et Martha ; hic autem quando recumbit in domo Simonis, post biduum Pascha erat

à leur indignation à la vue de cette pieuse pensée, tandis que dans Jean c'est le seul Judas qui le fait par son affection au vol. Dans Luc personne ne murmure. — S. GRÉG. — Ou bien, il faut dire que c'est la même que Luc appelle femme pécheresse que Jean appelle Marie(1). — S. AUG. — Luc raconte un fait semblable à celui-ci et qui se passe dans la maison d'un homme dont le nom est le même qu'ici, car il est appelé Simon par l'évangéliste. Cependant, comme il n'est point contraire à l'usage ordinaire que le même nom soit porté par deux personnes à la fois, il est à croire qu'il y avait à Béthanie un Simon autre que Simon le lépreux, chez lequel se passait cette scène. Je pense qu'il n'y a point eu deux Marie, mais que c'est la même qui a répété deux fois le même fait ici et dans saint Luc. C'est le même fait raconté par Luc que Jean raconte en le mettant sous le nom de Marie, et en le plaçant avant l'arrivée du Sauveur en Béthanie et en ces termes : « Or il y avait un malade nommé Lazare, du bourg de Marie et de Marthe sa sœur. » C'est Marie qui oignit le Seigneur d'huile parfumée et qui essuya ses pieds avec ses cheveux, elle dont le frère Lazare était souffrant. » Marie avait donc déjà fait cela une fois. C'est ce qu'elle fait une seconde fois qui n'appartient déjà plus à la narration de Luc, mais à celle des trois évangélistes Jean, Matthieu et Marc. Quant à cette variante que Matthieu et Marc racontent que c'est la tête du Sauveur qui fut parfumée, tandis que Jean dit que ce furent ses pieds,

(1) Celle dont sept démons étaient sortis au dire de Marc, Marie Madeleine. Ce serait, par conséquent, la même personne que Marie, sœur de Lazare, et Marie Madeleine, et celle que l'évangéliste se contente d'appeler femme pécheresse. L'Eglise paraît adopter cette identité en parlant de toutes les trois dans l'office de Marie Madeleine.

futurum : et apud Matthæum et Marcum, discipuli indignantur ex bono proposito; apud Joannem autem solus Judas furandi affectu; apud Lucam autem murmurat nemo. GRÆG., in homil. (33, in *Evang.*). Vel dicendum quod hanc eandem quam Lucas peccatricem mulierem, Joannes Marian nominat. AUG., *De cons. Evang.* (lib. 2, cap. 79). Lucas autem, quamvis simile factum commemoret ei quod hic dicitur, nomenque conveniat ejus apud quem convivabatur Dominus (nam et ipsum Simonem dicit), tamen quia non est contra naturam vel morem hominum, unum nomen habere duos homines, potius credibile est fuisse alium illum Simonem non leprosum in cujus domo hæc in Bethania gerebantur. Nihil igitur aliud arbitror, nisi non

quidem aliam fuisse mulierem, quæ peccatrix tunc accessit ad pedes Jesu, sed eandem Mariam bis hoc fecisse, semel scilicet quod Lucas narravit : nam hoc et Joannes (Mariam commendans) commemoravit, antequam veniret in Bethaniam : Erat (inquit) languens Lazarus in Bethania de Castello Mariæ, et Marthæ sororis ejus : Maria autem erat quæ unxit Dominum unguento, et extersit pedes ejus capillis suis, cujus frater Lazarus infirmabatur : jam itaque hoc Maria fecerat : quod autem in Bethania rursus fecit, aliud est quod ad Lucæ narrationem non pertinet, sed pariter narratur a tribus : Joanne scilicet, Matthæo et Marco. Quod autem Matthæus et Marcus caput Domini unguento illo perfusum dicunt, Joannes autem pedes, ostenditur non

l'on voit qu'il n'y a eu en cela aucune contradiction, en admettant que cette femme répandit son parfum non-seulement sur ses pieds, mais encore sur sa tête. Peut-être que quelqu'un se servira de la circonstance racontée par Marc que ce fut après qu'elle eut brisé son vase d'albâtre que cette femme répandit son parfum sur la tête du Sauveur, pour avancer qu'il ne pouvait pas rester de parfum pour les pieds dans ce vase brisé; mais qu'il remarque du moins, ce calomniateur du texte évangélique, que cette femme put oindre les pieds de son maître avant de briser son vase, et qu'elle a laissé assez de parfum dans ce vase pour oindre sa tête, et que ce ne fut qu'après avoir répandu toute cette huile parfumée qu'elle brisa son vase.

S. AUG. — Que personne, s'il conserve encore une certaine sobriété de pensée, ne s'imagine que les pieds du Sauveur furent parfumés de ce parfum précieux, ainsi que le sont les pieds des hommes mondains et voluptueux. En toutes ces choses, ce n'est point l'usage qui est défendu, mais la manière licencieuse d'en user. Celui qui use d'une chose de manière à outrepasser les bornes de la coutume des hommes bons parmi lesquels il vit, ou sa conduite est un signe de quelque chose, ou elle est condamnable. Il faut remarquer que ce qui le plus souvent est un crime chez les autres, n'est qu'un signe d'une grande réalité en la personne divine, objet des prophéties. Or la bonne renommée, c'est la bonne odeur, et celui qui présente dans sa vie l'aspect des bonnes œuvres, celui-là en suivant les pas du Christ parfume ses pieds comme avec un parfum précieux.

S. AUG. — On peut voir une contradiction en ce que c'est après avoir remarqué que c'était deux jours avant la pâque que Marc et

esse contrarium; si accipiamus non solum caput, sed et pedes Domini perfudisse mulierem: nisi forte quoniam Marcus fracto alabastro perfusum caput commemorat, tam quisque calumniosus est, ut aliquid in vase fracto neget remanere potuisse, unde etiam pedes Domini perfunderet. Ille autem qui sic calumniatur, prius accipiat perfusos pedes, antequam illud fractum esset; ut in integro remaneret, unde etiam caput perfunderetur ubi fractura illa totum effuderat.

AUG., *De doct. Christ.* (lib. 3, cap. 12). Neque ullo modo quisquam sobrius fieri crediderit, Domini pedes ita unguento pretioso a muliere perfusos, ut luxuriosorum et nequam hominum solent: in omnibus

enim talibus non usus rerum, sed libido utentis in culpa est: quisquis enim rebus sic utitur, ut metas consuetudinis bonorum inter quos versatur, excedat, aut aliquid significat, aut flagitiosus est. Itaque quod in aliis personis plerumque flagitium est, in divina vel prophetica persona magnæ cujusdam rei signum est: odor enim bonus fama bona est; quam quisquis bonæ vitæ operibus habuerit, dum vestigia Christi sequitur, quasi pedes ejus pretiosissimo odore perfundit.

AUG., *De cons. Evang.* (lib. 2, cap. 78). Sed hoc videri potest esse contrarium, quod Matthæus et Marcus, posteaquam dixerunt Pascha post biduum futurum, deinde com-

Matthieu racontent le fait du parfum précieux en le plaçant à Béthanie, tandis que Jean place le même fait six jours avant la pâque. Mais en faisant cette objection, l'on ne remarque pas que Marc et Matthieu ont pu raconter ce fait en le récapitulant, car aucun d'eux, après avoir dit que la pâque devait avoir lieu deux jours plus tard, ne s'est exprimé ainsi : « C'est après, qu'étant en Béthanie. »

S. CHRYS. — Mais comme les disciples avaient déjà entendu cette parole : Je veux la miséricorde et non pas le sacrifice(1), ils se disaient dans leur pensée que s'il n'acceptait pas le sacrifice, à plus forte raison cette huile répandue : « Les disciples, voyant cela, s'indignèrent et dirent : Pourquoi cette perte? Est-ce que cela ne pouvait pas être vendu? » — S. JÉR. — Je sais que l'on s'est servi contre ce fait et contre ce que Jean dit qu'il n'y eut que Judas d'attristé et qu'il le fut parce qu'il avait la bourse et qu'il avait été voleur dès le principe, de ce que Matthieu dit que ce furent tous les disciples qui se récrièrent, comme si l'on ne devait pas savoir que par l'effet d'une figure appelée syllepse (*συλληψις*), souvent le pluriel est mis pour le singulier comme le singulier pour le pluriel, ainsi que dans le passage de l'épître aux Hébreux dans lequel saint Paul dit que les justes de l'ancienne loi ont été sciés, alors que c'est l'opinion commune que le seul Isaïe l'a été. — S. AUG. — L'on peut expliquer aussi cette difficulté en disant que les autres apôtres le pensèrent aussi ou reçurent cette impression de Judas, et que Marc et Matthieu ont rendu en paroles ce qu'ils n'avaient fait que penser. Mais Judas avait ainsi parlé, parce qu'il était un voleur, et les autres à cause de leur sollicitude pour les pauvres. Jean ne rap-

[1] Osée, 6, v. 6.

memoraverunt quod erat Jesus in Bethania, ubi de unguento illo pretioso dicitur; Joannes autem ante sex dies Paschæ de unguento eadem narrat. Sed qui ita moventur, non intelligunt Matthæum et Marcum illud quod in Bethania de unguento factum erat recapitulando posuisse: non enim quisquam eorum cum dixisset post biduum Pascha futurum, sic adjunxit, ut diceret: Post hæc cum esset Bethaniæ.

CHRYS., in homil. (81, ut sup.). Sed quia discipuli audierant Magistrum dicentem (Matth., 9 et 12): Misericordiam volo, et non sacrificium, apud se cogitabant: si holocausta non acceptat, multo minus olei hujusmodi usum: unde sequitur: Videntes

autem discipuli, indignati sunt dicentes: Ut quid perditio hæc? potuit enim istud venundari, etc. HIER. Scio quosdam hunc locum calumniari, quare Joannes Judam solum dixerit contristatum, eo quod loculos tenuerit, et fur ab initio fuerit; et Matthæus scribat, omnes discipulos indignatos; nescientes tropum quisiyllipsis (vel συλληψις) vocatur, quo et pro multis unus, et pro uno multi soleant appellari: nam et Paulus in epistola ad Hebræos dicit (cap. 11): Secti sunt, cum unum tantummodo (scilicet Essiam) sectum autument. AUG., *De con. Evang.* (lib. 2, cap. 79). Potest etiam intelligi quod et alii discipuli aut senserunt, aut eis (Juda dicente) persuasum sit; atque

pelle que le seul Judas, parce qu'il a voulu constater à cette occasion son habitude de voler.

S. CHRYS. — C'est là ce que pensaient les disciples, mais le Seigneur, spectateur de l'intention de cette femme, lui permit, car la religion de cette femme était grande et ineffable son ardeur. C'est pourquoi le Seigneur condescendant à son désir consentit à ce que ce parfum fût répandu sur sa tête. Ainsi que le Père avait condescendu à se plaire à l'odeur et à la fumée de la victime (1), ainsi le Christ, pour cette femme dont les disciples ignoraient l'intention lorsqu'ils s'opposaient à elle, et qui le parfumait dans un esprit pieux. « Et Jésus sachant leur pensée leur dit : Pourquoi êtes-vous durs pour cette femme ? » — RÉMIG. — C'est ce qui établit incontestablement qu'ils avaient dit contre elle quelque chose de dur. Le Sauveur ajoute cette parole remarquable : « Elle a fait une bonne œuvre en moi, » et c'est comme s'il disait : Ce n'est point là, ainsi que vous le dites, une perte, mais une bonne œuvre, un hommage de piété et de dévotion.

— S. CHRYS. — Il ne se contente pas de dire : « Elle a fait une bonne œuvre en moi, » mais il avait dit auparavant : « Pourquoi êtes-vous durs pour cette femme ? » et c'est pour nous apprendre que si quelqu'un a fait quelque chose de bien, quoiqu'il ne le fasse pas avec une régularité parfaite (2), nous devons ne pas le repousser, mais l'encourager et ne pas demander tout d'abord la dernière rectitude dans l'acte. Si quelqu'un lui avait demandé son sentiment avant l'action de cette femme, il n'en aurait pas fait une obligation, mais après cette

(1) « Dieu a trouvé suave cette odeur, » est-il dit du sacrifice de Noé (Genèse., 8, vers. 21).

(2) *Κἄν μοὶ σφοδρὰ ἠκριβωμένον.*

omnium voluntatem Matthæus et Marcus etiam verbis expresserint : sed Judas propterea dixerit quia fur erat ; cæteri vero propter pauperum curam : Joannes autem de solo illo id commemorare voluit, cujus ex hac occasione furandi consuetudinem credidit intimidandam.

CHRYS., in homil. (81, ut sup.). Discipuli ergo ita existimabant ; sed Dominus mentem mulieris videns, permittit : multa enim erat ejus religio et ineffabile studium ; idcirco condescendens, concessit super caput suum unguentum effundi : sicut enim Pater ejus odorem victimæ et fumum patiebatur, ita et Christus mulierem devote unguentem, cujus discipuli mentem nescie-

bant querelam facientes. Unde sequitur : Sciens autem Jesus, ait illis : Quid molesti estis huic mulieri ? RÉMIG. Per quod aperte ostendit quod apostoli aliquid molesti locuti fuerant adversus eam. Pulchre autem subdit : Opus bonum operata est in me : ac si diceret : Non est perditio unguenti sicut vos dicitis, sed opus bonum, id est, pietatis et devotionis obsequium. CHRYS., in homil. (81, ut sup.). Ideo autem non simpliciter hic dixit : Bonum opus operata est in me, sed prius posuit : Quid molesti estis huic mulieri ? erudiens nos, quodcumque geritur bonum a quocumque (etsi non valde diligenter factum fuerit) suscipere et fovere ; et non ex principio omnem diligentiam ex-

huile répandue, le reproche des disciples n'aurait pas dû se produire, et c'est pour cela que pour ne pas refouler le désir de cette femme, il ne s'exprima que pour sa consolation.

« Car vous avez toujours des pauvres avec vous. » — RÉMIG. — Le Seigneur se sert ici comme d'un raisonnement pour montrer à ses disciples que l'on ne devait nullement incriminer l'acte de ceux qui le serviraient de leurs biens alors qu'il vivait encore dans ce corps mortel. Il leur dit qu'ils auront toujours les pauvres dans son Église, et que les fidèles auront toujours occasion de leur faire du bien, tandis qu'il devait rester peu de temps revêtu de ce corps mortel : « Pour moi, vous ne m'aurez pas toujours. » — S. JÉR. — L'on élève ici cette difficulté comment le Seigneur a pu dire : « Voici que je suis avec vous jusqu'à la consommation du monde, » et dire maintenant : « Vous ne m'aurez pas toujours. » Mais il me paraît qu'il leur parle ici de sa présence corporelle qu'ils ne posséderont plus après sa résurrection, ainsi qu'ils l'ont maintenant en toute intimité et familiarité. — RÉMIG. — L'on trouve une autre solution en remarquant que ces paroles ont été dites à Judas seulement, et qu'au lieu d'être au singulier, en étant au pluriel, elles ont été adressées en Judas à tous ses imitateurs. C'est pourquoi il leur dit « qu'ils ne l'aurent pas toujours, » eux qui ne l'ont même pas maintenant, mais qui pourraient l'avoir dans ce monde, mêlé aux membres du Christ, et faits participants de sa table (1) : ils n'aurent pas même ce semblant, lorsqu'il sera dit aux seuls élus : « Venez, les bénis de mon Père. »

(1) Saint Augustin, dans son ép. 95, appelle ainsi la sainte Eucharistie. De même Cassiodore en expliquant ces paroles du ps. 22 : « Vous avez placé devant moi une table. » Et saint Chrysostôme, dans ses homélies sur l'Eucharistie, l'appelle *table mystique*; et *table royale*, dans son hom. 6 au peuple.

petere. Quisquis enim eum interrogasset, antequam fecisset hoc mulier, non mandasset hoc fieri, sed post effusum unguentum non habebat locum discipulorum increpatio; et ideo ipse, ut non obtunderet desiderium mulieris, omnia hæc in consolationem mulieris dixit.

Sequitur : Nam pauperes semper habebitis vobiscum. RÉMIG. Ostendit enim Dominus his verbis quasi ex quadam ratione, quoniam non erant illi culpandi, qui sibi adhuc in mortali corpore conversanti aliquid de suis facultatibus ministrarent; cum pauperes semper habendi essent in Ecclesia, quibus fideles (cum vellent) bene facere

possent; ipse vero brevi tempore corporaliter mansurus erat cum eis : unde sequitur : Me autem non semper habebitis. HÆC. Oritur autem hic quæstio quare Dominus post resurrectionem dixerit ad discipulos (Matth., 28) : Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem mundi, et nunc loquatur : Me autem non semper habebitis. Sed mihi videtur in hoc loco de præsentia dicere corporali, quod nequaquam cum eis ita futurus sit post resurrectionem, quomodo nunc in omni convictu et familiaritate. RÉMIG. Vel solvitur ita ut intelligatur quod soli Judæ dictum sit; sed ideo non dixit, habebis, sed, habebitis; quia in per-



« Car en répandant de ce parfum. » C'était l'usage du peuple juif d'embaumer avec divers aromates les corps des morts, afin qu'ils se conservassent plus longtemps intacts; et comme il devait arriver que cette femme voudrait embaumer le corps du Seigneur, et qu'elle ne le pourrait pas, prévenue qu'elle serait par la résurrection, par une disposition particulière de la divine Providence, il advint qu'elle le couvrit de parfums encore vivant. C'est ce qu'il exprime ainsi : « En répandant ces parfums, elle m'a préparé à la sépulture, » c'est-à-dire qu'en parfumant mon corps encore vivant, elle m'a désigné comme devant mourir et devant être enseveli.

S. CHRYS. — Comme il a parlé de mort et de sépulture, afin que cette femme ne s'en aille pas triste, il la console derechef par les paroles suivantes : « Je vous le dis en vérité, en quelque lieu que soit prêché, etc. » — RAB. — C'est-à-dire en quelque lieu que s'étende l'Église on dira, dans tout l'univers, ce qu'a fait cette femme, etc. Il nous apprend ainsi par opposition que, ainsi que tout ce que Judas avait fait dans un esprit d'inimitié sera marqué d'une note d'infamie, ainsi elle aura la gloire de son pieux dévouement. — S. JÉR. — Remarquez cette connaissance de l'avenir, de sa passion dans deux jours (1), de sa mort, de son Évangile prêché dans tout l'univers. — S. CHRYS. — Et c'est ce qui

(1) Il faut avec saint Jérôme admettre que cette prédiction : « Vous savez que dans deux jours se fera la pâque, » avait été faite six jours avant la pâque et qu'elle n'est rappelée ici que par récapitulation.

sona Judæ omnibus imitatoribus illius dictum est. Ideo autem dixit : Non semper, cum nec ad tempus habeant; quia mali videntur habere Christum in præsentî seculo, quando miscent se membris Christi, et accedunt ad mensam ejus, sed non semper sic habebunt, quando solis electis dicturus est: [Matth., 25] : Venite, benedicti Patris mei

Sequitur : Mittens enim hæc unguentum, etc. Consuetudo erat illius populi ut corpora mortuorum diversis aromatibus condirentur, quatenus diutius illæsa conservarentur : et quia futurum erat ut hæc mulier corpus Domini mortuum vellet perungere, et tamen non posset, quia resurrectione anticiparetur; idcirco, divina providentia factum est ut vivum Domini corpus perungeret : hoc est ergo quod dicit : Mittens hæc unguentum, etc. in corpus meum ad sepeliendum me fecit; id est, cum hæc

mulier corpus meum vivum perungit, me moriturum et sepeliendum ostendit.

CHRYS., in homil. (81, ut sup.). Quia ergo sepulcrum et mortem commemoraverat, ut non videatur in tristitia mittere mulierem, rursus eam consolatur per ea quæ consequuntur : Amen dico vobis, ubicunque prædicatum fuerit, etc. RAB. Id est, in quocunque loco dilatabitur Ecclesia, per totum mundum dicetur et quod hæc fecit, etc. Istud et appositum notat quod sicut Judas contradicens adeptus est perfidiæ infamiam, sic et ista piæ devotionis gloriam. HIER. Attende autem notitiam futurorum, quod passurus post biduum et moriturus, sciat Évangeliolum suum in toto orbe celebrandum. CHRYS., in homil. (81, ut sup.). Ecce autem quod dixit factum est, et ubicunque terrarum abieris, videbis hæc mulierem famosam effectam, quod virtus prædicentis effecit. Et reum quidem multorum et du-

est arrivé; dans quelque lieu de la terre que vous alliez, vous verrez cette femme devenue célèbre, ce qui est l'effet de la prédication. Les victoires de beaucoup de rois et de beaucoup de capitaines sont passées sous silence; et plusieurs qui ont construit des villes, réduit en esclavage beaucoup de nations, ne sont connus ni de nom ni de renommée. Mais que cette femme ait répandu son parfum dans la maison d'un certain lépreux, en présence de douze hommes, c'est ce que chantent tous les peuples dans toute la terre; et il s'est écoulé tant de temps, et le souvenir de ce fait ne s'est nullement altéré! Mais pourquoi n'a-t-il rien promis de spécial à cette femme, et rien qu'une mémoire éternelle? Parce que l'on peut conclure sa récompense des paroles qu'il lui a adressées, et ayant fait une bonne œuvre, il est évident qu'elle en recevra la récompense.

S. JÉR. — Au sens mystique, c'est à Béthanie, dans la maison de l'obéissance, qui fut autrefois la maison de Simon le lépreux, que l'on trouve celui qui doit souffrir pour l'univers entier. Simon peut être traduit aussi par *obéissant*; mais, selon d'autres interprétations, il signifie monde, et c'est dans la maison de ce Simon que l'Église a été guérie. — ORIG. — Dans toutes les Écritures, le mot huile signifie ou œuvre de miséricorde, et c'est nourrie par cette huile que brille la lampe de la parole, ou bien il signifie doctrine, et c'est par elle qu'est nourrie la parole de la foi, qui est déjà allumée. Généralement, tout ce qui sert à oindre se désigne par le nom d'*huile*. Le parfum est différent de l'huile simple, et parmi les parfums il en est de plus précieux les uns que les autres. Ainsi tout acte selon la justice s'appelle une bonne œuvre, et, parmi les bonnes œuvres, autre est celle que

cum victoriæ silentur; et multi qui civitates construxerunt, et gentes multas servituti subegerunt, neque ex auditu, neque ex nomine sunt cogniti. Quoniam autem hæc mulier oleum effudit in domo leprosi cujusdam, duodecim viris præsentibus, hoc omnes concinunt per orbem terrarum; et tempus tantum portransiit, et memoria ejus quod factum est, non est tabefacta. Sed quare nihil speciale promisit mulieri, sed sempiternam memoriam? Quia ex his quæ dixit, intelligi potuit; si enim opus fecit, manifestum est quod et mercedem dignam suscipiet.

HIER. Mystice autem passurus pro omni mundo moratur in Bethania, in domo obedientiæ, quæ quondam fuit Simonis le-

prosi: Simon quoque ipse obediens dicitur, qui juxta aliam intelligentiam mundus interpretari potest, in cujus domo curata est Ecclesia. ORIG. (ut sup.). Oleum autem ubique in Scripturis aut opus misericordiæ intelligitur; quo lucerna verbi enutrita clarescit; aut doctrina, cujus auditu verbum fidei quod est accensum, nutritur. Generaliter ergo omne quo quis ungitur, oleum appellatur. Olei autem aliud est unguentum; item unguenti aliud est pretiosum: sic omnis actus justus opus bonum dicitur; operis autem boni aliud est quod facimus propter homines, vel secundum homines; aliud quod propter Deum et secundum Deum. Item hoc ipsum quod facimus propter Deum, aliud proficit ad usum hominum;

nous faisons pour Dieu, autre celle qui sert aux hommes, autre celle que nous faisons uniquement pour la gloire de Dieu. Il en est qui font du bien aux hommes, mus par un sentiment naturel de justice, sans que ce sentiment se rapporte à Dieu, et ainsi il en était de quelques Gentils. C'est là de l'huile ordinaire, sans odeur distinguée, mais cependant agréable à Dieu, car, ainsi que le dit Pierre par la bouche de Clément, les bonnes œuvres faites par les infidèles leur servent dans ce monde, mais non pas dans l'autre, et sont inutiles pour la vie éternelle. Ce qui est fait pour Dieu sert surtout pour l'autre monde, et c'est là du parfum d'excellente odeur. Des œuvres de cette dernière espèce, les unes ont pour but l'utilité des hommes, comme les aumônes et autres œuvres de même nature, et celui qui exerce ces œuvres à l'égard des chrétiens parfume les pieds du Christ, car les chrétiens sont les pieds du Christ. C'est là surtout ce que doivent faire les pénitents pour la rémission de leurs péchés. Mais celui dont tous les soins sont tournés du côté de la chasteté, qui persévère dans les prières, dans les jeûnes et autres œuvres qui concernent seulement la gloire de Dieu, parfume la tête du Seigneur. Tel est ce parfum précieux dont l'odeur parfume toute l'Église, et telle est la vie des parfaits et non pas des pénitents. Ou bien, le parfum qui couvre les pieds du Sauveur, c'est là la doctrine nécessaire aux hommes, tandis que les connaissances de la foi qui n'ont pas d'autre objet que Dieu sont le parfum de la tête du Christ, et c'est par ce parfum que nous sommes, par le baptême, ensevelis avec le Christ pour mourir. — S. HIL. — Cette femme, dans l'ordre des figures, nous représente le peuple des Gentils; c'est elle qui, dans sa passion, rendit honneur au

aliud tantum ad gloriam Dei : ut puta, aliquis benefacit homini, naturali justitia motus, non propter Deum; quomodo faciebant et interdum gentes : opus illud oleum est vulgare, non magni odoris; et ipsum tamen acceptabile apud Deum; quoniam, ut dicit Petrus apud Clementem, opera bona quæ fiunt ab infidelibus, in hoc seculo eis prosunt; non in alio ad consequendum vitam æternam; qui autem propter Deum faciunt, magis illis in illo seculo proficit : hoc est unguentum boni odoris : sed aliud fit ad utilitatem hominum, ut puta elemosynæ et cætera hujusmodi : hoc qui facit in Christianos, pedes Domini ungit, quia ipsi sunt Domini pedes : quod præcipue solent facere pœnitentes pro remissione

peccatorum suorum. Qui autem castitati studet, in jejuniis et orationibus permanet, et cæteris quæ tantum ad gloriam Dei proficiunt, hoc est unguentum quod ungit domini caput : et hoc est unguentum pretiosum, ex cujus odore tota repletur Ecclesia; et hoc est opus proprium non pœnitentium, sed perfectorum. Aut doctrina quæ necessaria est hominibus : hoc est unguentum quo pedes Domini ungnuntur : agnitio autem fidei quæ ad solum pertinet Deum, est unguentum quo ungitur caput Christi; quo consepelimur Christo per baptismum in mortem (Rom., 6). HILAR. (can. 29, in Matth.). Mulier autem hæc in præfiguratione plebis gentium est quæ in passione Christi gloriam Deo reddit : caput enim

Christ; elle parfuma sa tête, et la tête du Christ c'est Dieu. L'huile, c'est le fruit des bonnes œuvres. Les disciples, dans leur ardeur de sauver Israël, disent que le parfum aurait dû être vendu pour être donné aux pauvres, les pauvres signifiant ici les Juifs que, par un instinct prophétique, ils considèrent comme des indigents de la foi. Le Seigneur répond aux disciples qu'il leur restera encore beaucoup de temps pour avoir soin de ces pauvres. D'ailleurs ce n'est que par son ordre exprès que les apôtres ont pu porter le salut aux nations qu'il a ensevelies avec lui en ayant répandu sur elles le parfum de cette femme, la régénération ne se donnant, dans le sacrement du baptême, qu'à des morts. C'est pourquoi cette œuvre merveilleuse sera annoncée partout où sera prêché l'Évangile, car, à la chute d'Israël, la gloire de l'Évangile éclatera par la foi des nations.

*Alors l'un des douze, appelé Judas Iscariote, alla trouver les princes des prêtres, et leur dit : Que voulez-vous me donner, et je vous le mettrai entre les mains? Et ils convinrent de lui donner trente pièces d'argent. Depuis ce temps-là, il cherchait une occasion favorable pour le livrer entre leurs mains.*

LA GLOSE. — Après nous avoir dit quelle avait été l'occasion de la trahison, l'évangéliste traite du fait de cette trahison : « Alors l'un des douze s'en alla. » — S. CHRYS. — C'est-à-dire quand il eut entendu, lui, que l'Évangile serait prêché en tout lieu, il craignit, car ce qui venait d'être dit témoignait d'une ineffable puissance. — S. AUG. — Voici ce que contient le discours du Seigneur : « Vous savez que dans

ejus perunxit, caput autem Christi Deus est : nam unguentum bonis operis est fructus ; sed discipuli favore salvandi Israelis, vendi hoc in usum pauperum dicunt debuisse : pauperes autem Judæos fide indigentes instinctu prophetico nuncupant ; quibus Dominus ait plurimum esse temporis quo habere curam pauperum possent. Cæterum nonnisi ex præcepto suo salutem gentibus posse præstari, quæ secum (infuso mulieris hujus unguento) sunt consepultæ ; quia regeneratio nonnisi cum mortuis in baptismi professione reddetur : et idcirco ubi prædicabitur hoc Evangelium, narrabitur opus ejus ; quia cessante Israel, Evangelii gloria fide gentium prædicatur.

*Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur*

*Judas Scarioth, ad principes sacerdotum ; et ait illis : Quid vultis mihi dare, et ego vobis eum tradam ? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem ut eum traderet.*

GLOSSA. Posita occasione proditiōnis, consequenter de proditiōne Judæ agit Evangelista. Unde dicitur : Tunc abiit unus de duodecim, etc. CHRYS., in homil. (81, ut sup.). Tunc scilicet quando hoc audivit quoniam prædicabitur hoc Evangelium ubique, timuit enim : nam virtutis ineffabilis erat, quod dictum est. AUG., *De cons. Evang.* (lib. 2, cap. 80). Ita enim sermo dirigitur, dicente Domino : Scitis quia post biduum Pascha fiet. Tunc congregati sunt principes sacerdotum : tunc abiit unus de

deux jours se fait la pâque. — Alors s'assemblèrent les princes des prêtres. — Alors l'un des douze partit. » Entre ce qui a été dit : « Afin qu'il n'y ait pas de trouble dans le peuple, » et ceci : « Alors l'un des douze s'en alla, » se place ce qui a été dit de Béthanie et qui est dit ici par récapitulation. — ORIG. — C'est ainsi que celui qui venait d'être consacré pour l'éternité partit pour trahir celui qui est seul pontife suprême, pour trahir auprès d'une foule de princes des prêtres, celui qui voulait racheter le monde entier en se donnant comme prix de rachat. — RAB. — *Il s'en alla*, car sans être forcé, sans en être sollicité, mais spontanément, il entreprit un criminel projet.

S. CHRYS. — Il ajoute : « L'un des douze, » c'est-à-dire l'un de ces douze élus à un poste sublime; et pour le distinguer il ajoute : « Judas Iscariote, » car il y avait un autre Judas. — RÉMIG. — Car Iscarioth était le bourg d'où Judas était sorti. — S. LÉON. — Judas ne fut pas arraché au Christ par l'émotion de la crainte, mais séparé de lui par l'amour de l'argent; l'âme avide de gain, pour qui toute affection n'est rien, ne craindra même pas de se perdre pour un rien, et il ne reste plus vestige de justice là où l'avarice a choisi sa demeure. Enivré de ce cruel poison, le perfide Judas, en poursuivant l'argent, est devenu impie d'une manière si insensée, qu'il vend son Seigneur et son maître, et qu'il dit aux princes des prêtres : « Que voulez-vous me donner, et je vous le livrerai? » — S. JÉR. — L'infortuné Judas veut compenser par la vente de son maître la perte qu'il croit que lui a fait éprouver le parfum répandu. Il ne désigne pas de somme, de manière à paraître du moins avoir tiré quelque profit de

duodecim, etc. Inter illud enim quod dictum est : Ne tumultus fieret in populo, et hoc quod dicitur : Tunc abiit unus de duodecim, interpositum est illud de Bethania, quod recapitulando dictum est. ORIG. (ut sup.). Abiit autem adversus unum principem sacerdotum, qui factus est sacerdos in æternum (*Psal.*, 109), ad multos principes sacerdotum, ut venderet pretio volentem redimere totum mundum. RAB. Abiit autem dicit, quia non coactus, non invitatus, sed sponte sceleratum iniit consilium.

CHRYS., in homil. (81, ut sup.). Addit autem : Unus de duodecim; ac si diceret, de primo choro eorum qui sublimiter electi sunt, et ad designationem ejus adjungit : Qui dicitur Judas Scariotes : erat enim

alius Judas. RÉMIG. Schariota namque fuit villa unde ortus est iste Judas. LEO Papa in serm. *De passio.* (serm. 9). Qui non timoris perturbatione Christum deseruit, sed pecuniæ cupiditate distraxit : amor enim pecuniæ vilis est omnis affectio; et anima lucri cupida, etiam pro oxiguo perire non metuit; nullumque est justitiæ in illo corde vestigium, in quo sibi avaritia facit habitaculum. Hoc perfidus Judas inebriatus veneno, dum sitit lucrum, tam stulte impius fuit ut et dominum venderet et magistrum : unde dixit principibus sacerdotum : Quod vultis mihi dare, et ego vobis eum tradam? HÉRÈR. Infelix Judas damnum quod ex effusione unguenti se fecisse credebat, vult magistri pretio compensare; nec certam tamen postulabat summam, ut saltem

sa trahison, mais comme s'il livrait ainsi un vil objet, il laisse au pouvoir de ceux qui lui achètent de déterminer le prix. — ORIG. — Ainsi agissent tous ceux qui acceptent quelque chose d'humain et de terrestre pour chasser loin d'eux le Sauveur et la parole de vérité qu'ils portaient en eux.

SURT. — « Et ils lui payèrent trente deniers d'argent, » lui réglant le chiffre de ce qui lui revenait sur le nombre d'années que le Sauveur avait passées dans le monde (1). — S. JÉR. — Joseph ne fut pas, ainsi que quelques-uns le pensent, acheté trente pièces d'or, mais, d'après l'hébreu, trente pièces d'argent. Il ne convenait pas que le maître fût estimé moins que le serviteur.

S. AUG. — Que Jésus ait été vendu trente pièces d'argent, cela est marqué par ce fait que Judas n'est que la figure de ces Juifs qui, poursuivant les biens terrestres et charnels qui sont du ressort des cinq sens, rejetèrent le Christ, ce qu'ils firent au sixième âge du monde. C'est ainsi qu'a été signifiée cette pièce de monnaie reçue cinq fois six fois comme prix du Seigneur. Or, « la parole de Dieu étant de l'argent, » en n'ayant de la loi qu'une intelligence charnelle, c'est sur cet argent qu'ils imprimèrent l'image de ce pouvoir terrestre qu'ils conservèrent après avoir perdu le Seigneur.

« Et depuis ce temps-là il cherchait une occasion pour le perdre. » — ORIG. — Luc nous explique plus clairement quelle était cette occasion que cherchait Judas, en disant : « Il cherchait une occasion favorable de le livrer sans la foule, » c'est-à-dire au moment où le

(1) Pour avoir ce chiffre, il faut compter les années du Sauveur à la manière hébraïque en ne tenant compte que du nombre principal, autrement l'on aurait trente-trois.

lucrosa videretur proditio; sed quasi vile tradens mancipium, in potestate ementium posuit quantum vellent dare. ORIG. (ut sup.). Hoc autem faciunt omnes qui accipiunt aliquid corporalium aut mundialium rerum, ut tradant, et ejiciant ab anima sua Salvatorem, et verbum veritatis quod erat in eis.

Sequitur: At illi constituerunt ei triginta argenteos: tantam mercedem constituentes, quantos annos Salvator conversatus fuerat in hoc mundo. HIER. Joseph autem, non (ut multi putant, juxta Septuaginta interpretes) triginta aureis venditus est, sed juxta hebraicam veritatem, triginta argenteis: neque enim poterat servus pretiosior esse quam dominus.

AUG., *De quest. Evang.* (lib. I, cap. 41). Quod autem Dominus triginta argenteis venditus est, significavit per Judam Judæos iniquos, qui persequentes carnalia et temporalia (quæ ad quinque pertinent sensus corporis) Christum habere noluerunt, et quia sexta mundi ætate facerunt, sexies quinque eos quasi pretium venditi Domini accepisse significatum est; et quia eloquium Domini argentum est (*Psal.* 11), illi autem ipsam legem etiam carnaliter intellexerunt, tanquam in argento impresserant secularis principatus imaginem, quem amisso Domino tenuerunt.

Sequitur: Et exinde quærebat opportunitatem ut eum traderet. ORIG. (ut sup.). Qualem autem opportunitatem quærebat

peuple ne l'entourait pas et où il se trouvait seul avec ses disciples. C'est ce qu'il fit en le livrant après la cène, lorsqu'il était dans le jardin de Gethsémani. Et voyez s'il n'y a pas la même recherche d'une occasion favorable en ceux qui profitent, pour livrer le Verbe de Dieu, du temps de la persécution, alors que la multitude des croyants n'est pas groupée autour de la parole de vérité.

*Or le premier jour des azymes, les disciples vinrent trouver Jésus et lui dirent : Où voulez-vous que nous vous préparions ce qu'il faut pour manger la pâque? Jésus leur répondit : Allez dans la ville chez un tel, et lui dites : Le maître vous envoie dire : Mon temps est proche ; je viens faire la pâque chez vous avec mes disciples. Les disciples firent ce que Jésus leur avait commandé et préparèrent ce qu'il fallait pour la pâque.*

LA GLOSE (1). — L'évangéliste nous avait développé tout ce qui sert de préambule à la passion du Christ, c'est-à-dire sur la prophétie de la passion, du conseil des princes et du traité de trahison. Maintenant il nous raconte le temps et la série de la passion, en disant : « Au premier jour des azymes. » — S. JÉR. — Le premier jour des azymes est le quatorzième du premier mois; c'est le jour où l'on immole l'agneau, alors que la lune est dans son plein; ce jour-là, on ne conserve plus de levain. — REM. — Et il faut remarquer que, chez les Juifs, la pâque se célébrait au premier jour, et les sept jours qui suivaient étaient ceux des azymes. Maintenant l'on appelle quelquefois la pâque le jour des azymes (2). — S. CHRYS. — Ou bien, ce jour est

[1] On ne retrouve pas ceci ni dans saint Anselme, ni dans la Glose, ni ailleurs.

[2] Et réciproquement le nom de pâque s'étend à tous les jours des azymes (Act., 12). Toutes les victimes immolées ce jour-là s'appelaient aussi victimes pascales, ainsi qu'on peut le voir dans le Deutéronome, dans l'Exode, dans la traduction des Septante.

Judas, Lucas manifestius explanat, dicens : Et quærebat opportunitatem ut traderet eum sine turba; id est, quando populus non erat circa eum, sed secretus erat cum discipulis : quod et fecit, tradens eum post cænam, cum secretus esset in prædio Gethsémani. Et vide si usque nunc opportunitas ista videtur his qui volunt prodere Dei verbum in tempore persecutionis, quando multitudo credentium non est circa verbum veritatis.

*Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes : Ubi vis paremus tibi comedere Pascha? At Jesus dixit :*

*Ite in civitatem ad quemdam, et dicite ei : Magister dicit : Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Jesus, et paraverunt Pascha.*

GLOSSA. Prosecutus fuerat Evangelista de his quæ erant præambula ad Christi passionem; scilicet de prænuntiatione passionis, de consilio principum et de tractatu prodicionis : nunc autem tempus et seriem passionis incipit prosequi, dicens : Prima autem die azymorum. HIER. Prima dies azymorum, decimus quartus dies mensis primi est, quando agnus immolatur, et

appelé le premier des azymes, parce qu'il y avait sept jours des azymes. Or, les Juifs comptaient toujours les jours en partant de la veille, et ce jour-là est rappelé ici parce que le Christ devait être immolé la veille de Pâque, à la cinquième féerie. — REM. — Mais quelqu'un dira peut-être : Si cet agneau figuratif était une figure du véritable agneau, pourquoi le Christ n'a-t-il pas souffert le jour même de l'immolation de l'agneau pascal? Il faut remarquer que c'est cette nuit-là qu'il livra à ses disciples le pouvoir de célébrer le mystère de son corps et de son sang. C'est d'ailleurs cette nuit que, lié par les Juifs et prisonnier par eux, il consacra par là l'exorde de sa passion.

« Les disciples s'approchèrent de Jésus et lui dirent : Où voulez-vous que nous vous préparions pour manger la pâque? » Je pense que Judas se trouvait aussi parmi les disciples qui s'approchèrent de lui pour l'interroger. — S. CHRYS. — C'est ce qui établit manifestement qu'il n'avait ni demeure ni toit. Pour moi, je pense que les disciples n'en avaient pas non plus, car alors ils l'eussent prié d'y venir.

« Mais Jésus dit : Allez dans la ville, chez un tel. » — S. AUG. — C'est celui que Luc et Marc appellent *le père de famille* ou le maître de la maison. Ce que Matthieu dit : Chez un tel, c'est de lui-même qu'il l'a mis pour abrégé, car qui pourrait croire que l'on peut donner un ordre en cette manière : « Allez chez un tel. » C'est donc de lui-même que Matthieu, après avoir rappelé l'ordre du Seigneur : « Allez dans la cité, » ajoute : « Chez un tel, » non pas parce

luna plenissima est, et fermentum abjicitur. REMIG. Et notandum quod apud Judæos primo die Pascha celebrabatur; reliqui vero septem sequentes dies azymorum vocabantur; sed nunc dies azymorum dicitur pro die Paschæ. CHRYS.. in homil. (80, in *Matth.*). Vel hanc primam diem azymorum dicit, septem dies azymorum erant; assueverunt enim Judæi a vespera semper numerare diem : unde hujus diei facit mentionem, secundum quam in vespera Pascha erat immolandum, quod quinta feria fuit. REMIG. Sed forte dicet aliquis : Si ille typicus agnus figuram hujus veri Agni gestabat, quare non ea nocte passus est Christus, quando solebat agnus immolari? Sed sciendum quia eadem nocte mysteria sanguinis et corporis sui discipulis celebranda tradidit; et sic tentus et ligatus a Judæis, suæ immolationis (id est, passionis) sacravit exordium.

Sequitur : Accesserunt discipuli ad Jesum dicentes : Ubi vis paremus tibi comedere Pascha? Inter eos autem discipulos qui accesserunt ad Jesum interrogantes, et Judam fuisse æstimo proditore. CHRYS., in homil. (82, ut sup.). Ex hoc autem manifestum est quoniam non erat ei domus neque tugurium. Ego autem æstimo, neque discipulos habuisse : profecto enim eum illuc rogassent venire.

Sequitur : At Jesus dixit : Ite in civitatem ad quemdam, etc. AUG., *De cons. Evang.* (lib. 2, cap. 80). Eum scilicet quem Marcus et Lucas dicunt patremfamilias, vel dominum domus. Quod ergo interposuit Matthæus, ad quemdam, tanquam ex persona sua studio brevitatis illud compendio voluit insinuare : nam neminem sic loqui, ut dicat : Ite ad quemdam, quis nesciat? Ac per hoc, cum Matthæus verba Domini posuisset dicentis : Ite in



que le Seigneur a dit ces derniers mots, mais pour nous faire entendre qu'il y avait quelqu'un dans la cité à qui le Seigneur adressait ses disciples pour qu'on lui préparât la pâque. Il est incontestable que les disciples du Sauveur ne furent pas envoyés au premier venu, mais à quelqu'un qui leur était désigné. — S. CHRYS. — Ou bien, il faut dire qu'en envoyant ainsi ses disciples au premier venu, il témoignait qu'il aurait pu empêcher sa passion, car celui qui pouvait ainsi déterminer le premier venu à les recevoir, que n'aurait-il pu persuader à ceux qui devaient le crucifier, s'il avait voulu ne pas être crucifié? Pour moi, je suis non-seulement étonné qu'un inconnu ait reçu le Christ, mais qu'il se soit exposé au mépris d'un grand nombre en le recevant. — S. HIL. — Ou bien, il ne nomme pas celui avec qui il devait célébrer la pâque, parce que la gloire du nom chrétien n'était pas encore acquise aux croyants. — RABAN. — Ou bien, il omet le nom pour nous apprendre que la faculté de célébrer la véritable pâque et de donner l'hospitalité de leur âme au Christ devait être accordée à tous ceux qui le voudraient. — S. JÉR. — Dans ce passage, le Nouveau-Testament reproduit la manière de s'exprimer de l'Ancien-Testament, dans lequel l'on voit souvent ces expressions : « Celui-ci lui dit. — Dans ce lieu. — Dans celui-là, » sans désignation de lieu et de personne. — « Et dîtes-lui : Le maître dit : Mon temps est proche. » — S. CHRYS. — Il dit ceci aux disciples pour leur rappeler sa passion, afin que, continuellement tenus en éveil par cette prophétie de sa passion, ils pensassent à ce qui allait arriver, et pour établir aussi que c'était par sa propre volonté qu'il arrivait à sa passion : « Je fais la pâque chez

civitatem, interposuit ipse : Ad quemdam ; non quia ipse Dominus hoc dixerit, sed ut ipse nobis insinuaret tacito nomine, fuisse quemdam in civitate ad quem Domini discipuli mittebantur, ut præpararent Pascha. Manifestum est enim discipulos a Domino, non ad quemlibet, sed ad quemdam hominem (id est, ad certum aliquem) missos esse. CHRYS., in homil. (83, ut sup.). Vel dicendum quod per hoc quod dicit : Ad quemdam, ostendit quod ad ignotum hominem mittit, monstrans hinc quoniam poterat non pati : qui enim menti hujus persuasit ut eos susciperet, quid non utique operatus esset in his qui eum crucifigebant, si tamen voluisset non pati? Ego autem neque hoc admiror solum quoniam eum suscepit ignotus existens, sed quoniam

suscipiendo Christum multorum odium contempsit. HILAR. (can. 30, in *Matth.*). Vel ideo hominem cum quo Pascha celebraturus esset, non nominat : nondum enim Christiani nominis honor credentibus erat præstitus. RAB. Vel nomen prætermittit, ut omnibus verum Pascha celebrare volentibus, Christumque hospitio suæ mentis suscipere, danda facultas designetur. HIER. In hoc etiam morem veteris Testamenti nova Scriptura conservat : frequenter enim legimus : Dixit ille illi ; et in loco illo, et illo ; et tamen nomen personarum locorumque non ponitur. Sequitur : Et dicite ei : Magister dicit : Tempus meum prope est. CHRYS., in homil. (42, ut sup.). Hoc autem dixit discipulis, passionem commemorans ; ut ex multiplici passionis enuntiatione

vous. » Ainsi il établit que, jusqu'à sa fin, il se montrera fidèle à la loi. — « Avec mes disciples, » afin que tout ce qui était nécessaire se trouvât prêt, et pour que celui à qui il envoyait ne pensât pas qu'il venait chez lui pour s'y cacher.

« Et les disciples firent ainsi que Jésus le leur avait indiqué, et ils préparèrent la pâque. » — ORIG. — Peut-être quelqu'un s'autorisera de ce que Jésus a célébré la pâque à la manière juive pour avancer que nous, imitateurs du Christ, nous devons faire ainsi, ne faisant pas attention que Jésus n'a pas été placé sous la loi pour nous laisser soumis à la loi, mais pour nous arracher à son joug (1). A combien plus forte raison ne convient-il pas que ceux qui étaient placés auparavant en dehors de la loi entrent sous sa domination? Ils doivent se contenter de célébrer d'une manière spirituelle ce que la loi ordonnait de célébrer d'une manière matérielle, et c'est ainsi que nous devons célébrer la pâque avec les azymes de la sincérité et de la vérité pour obéir à ces paroles de l'agneau : « A moins que vous ne mangiez ma chair et que vous ne buviez mon sang, vous n'aurez pas la vie en vous. »

*Le soir étant donc venu, il se mit à table avec ses douze disciples. Et lorsqu'ils mangeaient, il leur dit : Je vous dis en vérité que l'un de vous me doit trahir. Cette parole leur ayant causé une grande tristesse, chacun d'eux commença à lui dire : Serait-ce moi, Seigneur? Il leur répondit : Celui qui met la main avec moi dans le plat me doit trahir. Pour ce qui est du Fils de l'homme, il s'en va, selon ce qui a été écrit de lui ; mais malheur à l'homme par qui le Fils de l'homme sera trahi ; il vaudrait mieux*

(1) « Né de la femme, placé sous la loi, pour racheter ceux qui étaient sous la loi » (Gal., 4, v. 4).

exercitati, meditarentur quod futurum erat; simul autem demonstrans, quod volens ad passionem venit. Sequitur : Apud te facio Pascha : in quo demonstrat quoniam usque ad ultimum diem non erat contrarius legi. Addidit autem : Cum discipulis meis, ut sufficiens fieret præparatio, et ut ille ad quem mittebat, non existimaret eum oculatari velle.

Sequitur : Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Jesus, et paraverunt Pascha. ORIG. (ut sup.). Forsitan autem aliquis requireret ex eo quod Jesus celebravit more judaico Pascha, quia convenit et nos imitatores Christi similiter facere; non considerans quod Jesus factus est sub lege, non

ut eos qui sub lege erant, sub lege relinqueret; sed ut ex lege educeret : quanto ergo magis non convenit illos introire in legem, qui prius fuerat extra legem? sed spiritualiter celebrantes quæ in lege corporaliter celebranda mandantur, ut in azymis sinceritatis et veritatis celebremus Pascha, secundum voluntatem Agni dicentis (Joan., 6) : Nisi manducaveritis carnem meam et biberitis sanguinem meum, non habebitis vitam in vobis.

*Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis dixit : Amen dico vobis, quia unus vestrum me traditurus est. Et contristati valde, cepit*

*pour lui qu'il ne fût jamais né. Judas, qui fut celui qui le trahit, prenant la parole, lui dit : Est-ce moi, mon maître? Il lui répondit : C'est vous-même.*

S. JÉR. — Après avoir plus haut prophétisé sur sa passion, le Sauveur fait tomber ici ses prédictions sur le traître, lui offrant l'occasion de se repentir, afin qu'en le voyant connaître ses pensées et les secrets desseins de son cœur, il se repentît de son action. C'est pour cela qu'il dit : « Le soir étant venu, il se mit à table avec les douze disciples. » — REM. — Il parle des douze, car Judas était encore avec eux de nombre, tout en s'étant séparé par son péché. — S. JÉR. — Tout ce que fait Judas, il le fait pour éloigner de lui le soupçon de trahison. — REM. — Et remarquez cette coïncidence frappante, que c'est le soir que l'on se met à table, car c'était au soir que l'agneau devait être immolé. — RAB. — C'est le soir qu'il mange avec ses disciples, car c'est par la passion du Christ, au moment où le véritable soleil se hâte vers son couchant, que fut préparé pour tous les fidèles le repas d'éternité.

S. CHRYS. — L'évangéliste spécifie que c'est encore pendant qu'ils sont à table que Jésus traite de la trahison de Judas, pour faire ressortir la malice du traître par les circonstances de la table et du moment : « Et pendant qu'ils mangeaient, il dit : Je vous le dis en vérité, que l'un de vous me trahira, etc. » — S. LÉON. — Il montre par là que la conscience du traître lui était connue. Il ne couvre pas de confusion cet impie par une réprimande âpre et manifeste, mais se faisant comprendre de lui par un avis donné à mots couverts et avec

*runt singuli dicere : Nunquid ego sum, Domine? At ipse respondens, ait : Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo : Væ autem homini illi per quem Filius hominis tradetur ! bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Judas qui tradidit eum, dixit : Nunquid ego sum, Rabbi? Ait illi : Tu dixisti.*

HIER. Quia supra Dominus de passione sua prædixerat, nunc etiam de proditore prædicat; dans ei pénitentiæ locum, ut cum intelligeret sciri cogitationes suas et occulta cordis consilia, pœniteret eum facti sui : unde dicitur : Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis. REMIG. Cum duodecim dicit, quia Judas

adhuc erat in eis numero, qui jam ab eis recesserat merito. HIER. Omnia enim sic agit Judas, ut tollatur suspicio proditoris. REMIG. Et notandum quia pulchre vespere facto discubuisse dicitur : quoniam ad vespere agnus immolari solebat. RAB. Ideo etiam vespere discubuit cum discipulis, quia in passione Christi (quando verus Sol ad occasum properavit), refectio æterna omnibus fidelibus præparata fuit.

CHRYS., in homil. (82, ut sup.). Designat autem Evangelista quod comedentibus illis disputat Jesus de traditione Judæ; ut et a tempore et a mensa ostendat malitiam proditoris : et ideo sequitur : Et edentibus illis dixit : Amen dico vobis, quia unus vestrum me tradet, etc. LEO Papa, in serm. *De pass.* (serm. 7). In quo notam sibi esse proditoris sui conscientiam demon

douceur, afin que la pénitence pût corriger plus facilement celui qu'aucune honte n'avait encore flétri.

ORIG. — Ou bien, il parle en termes indéterminés, afin que la valeur d'un chacun fût éprouvée par le témoignage de sa conscience qu'il venait d'éveiller, et aussi pour faire éclater la malice de Judas, qui ne se rendait même pas à la voix de celui qui connaît le fond des cœurs. Je pense d'abord qu'il avait cru pouvoir se cacher au Christ, ainsi qu'il avait cru pouvoir se cacher à un homme; mais ensuite, voyant que sa conscience lui était connue, il voulut profiter du secret que ses paroles avaient laissé subsister, ce qui lui faisait joindre le crime d'incrédulité à celui d'impudence. Ainsi éclata la honte des autres disciples du Christ, qui se montrèrent plus confiants aux paroles de leur maître qu'à leur propre conscience : « Et ils furent fort attristés, et ils se mirent à se dire les uns aux autres : Est-ce que c'est moi, Seigneur? » Chacun d'eux avait appris des paroles du Seigneur que la nature humaine est facile à tourner au mal, et en lutte avec les princes de ce monde de ténèbres. C'est ce qui les fit craindre tous et interroger, et c'est ce qui doit nous apprendre que nous devons tout craindre, nous qui sommes si faibles. Or, le Seigneur les voyant tous craindre pour eux-mêmes, désigna le traître en empruntant des paroles à la prophétie : « Celui qui mange mon pain a développé autour de moi la trahison (1). Et lui, répondant, dit : Celui qui met sa main avec moi. » — S. JÉR. — O admirable patience du Christ! Le traître persiste dans sa malice, et il le convainc avec plus d'évi-

(1) Le grec porte ainsi que le latin : *a développé avec splendeur* (ou étendue), *magnificavit*.

stravit; non aspera ac aperta impium increpatione confundens; sed levi et tacita admonitione conveniens, ut facilius corrigeret pœnitudo, quem nulla deformasset abjectio.

ORIG. (ut sup.). Vel dixit generaliter, ut testimonio percussi cordis singulorum qualitas probaretur; et ut Judæ ostenderet malitiam, qui nec cognitori consiliorum suorum credebat: puto quia in primis putavit latere quasi hominem, qui postquam vidit conscientiam suam notam Christo, amplexus est occultationem positam in verbis ipsius (quorum primum infidelitas erat, secundum impudentiæ), et ut etiam discipulorum ostenderet bonitatem, quia plus credebant verbis Christi quam conscientia suæ: unde sequitur: Et contristati valde,

cœperunt singulis dicere: Nunquid ego sum, Domine? Unusquisque enim discipulorum sciebat ex his quæ docuerat Jesus quoniam ad malum vertibilis est humana natura, et in colluctatione adversus rectores hujus mundi tenebrarum; et propter hanc causam unusquisque eorum timens, interrogavit: unde et de omnibus futuris timendum est nobis infirmis. Videns autem Dominus de seipsis timentes discipulos, demonstravit proditorem indicio propheticae vocis, dicentis (Psal. 40): Qui manducat panem meum, ampliavit adversum me supplantationem.

Unde sequitur: At ipse respondens, ait: Qui intingit mecum, etc.

IIER. O mira Domini patientia! Prius dixerat: Unus vestrum me tradet; perse-

dence, sans toutefois le désigner par son nom propre. Pendant que tous les autres sont attristés et retirent leur main, et qu'ils interdisent les mets à leur bouche, Judas, poussé par cette impudence et cette témérité qui doivent faire de lui un traître, ose porter sa main avec celle de son maître dans le plat pour feindre par son audace le mensonge d'une bonne conscience. — S. CHRYS. — Pour moi, il me paraît que le Christ a ajouté aux autres faits celui-ci, celui de Judas mettant avec lui sa main dans le plat, pour le confondre davantage et pour le provoquer plus efficacement ainsi à son amour. — RAB. — Ce que Matthieu désigne ainsi : *in paropside*, Marc le désigne par ces mots : *in catino*. Or, le premier est un vase ainsi appelé parce qu'il a quatre angles égaux (*paribus assibus*) (1), et le second est un vase de nature fragile, propre à contenir un liquide. Or, il est possible qu'il y eût sur la table un vase quadrangulaire d'une matière fragile. — ORIG. — Telle est la coutume des hommes les plus pervers de tendre leurs embûches après le pain et le sel, surtout contre ceux qui n'ont contre eux aucune haine. Aussi, après cette cène toute spirituelle, vous verrez plus abondante la malice de ce traître qui livra son maître sans aucun souvenir de cet amour qu'il lui avait témoigné par ses bienfaits extérieurs, et pour cette science de l'esprit qu'il lui avait transmise. Tels sont dans l'Église tous ceux qui tendent des embûches à leurs frères, avec qui ils ont souvent participé à la même table du corps du Christ.

S. JÉR. — Judas, que n'ont atteint ni cette première ni cette seconde

(1) Ou plutôt c'est le mot du grec *πυροψίς*, dont la racine est *ὄψος*, et qui signifie plat pour toute espèce de mets.

---

<p>verat proditor in malo; manifestius arguit; et tamen nomen proprium non designat: Judas enim cæteris contristatis et retrahentibus manum, et interdicens cibos ori suo, temeritate et impudentia, qua proditurus erat, etiam manum cum magistro mittit in paropsidem, ut audacia bonam conscientiam mentiretur. CHRYS., in homil. [82, ut sup.]. Mihi autem videtur et hoc Christum fecisse, quod scilicet Judas cum eo in paropside intingeret, magis enim confundens, et in amorem suum attrahens. RAB. Quod autem dicit hic Matthæus in paropside, Marcus dicit in catino: paropsis enim est vas escarum quadrangulatum, a paribus assibus (id est, æquis lateribus); dictum: catinum vero vas fictile aptum ad</p>	<p>immittendum liquorem: et potuit fieri ut in mensa vas fictile quadrangulatum contineretur. ORIG. Hæc est autem propria consuetudo hominum nimis malorum, ut post salem et panem insidiantur hominibus, maxime nihil inimicitiae ad eos habentibus. Si autem et post spiritualem mensam abundantius videbis multitudinem malitiae ejus qua tradidit magistrum non recordatus nec in corporalibus bonis magistri dilectionem, nec in spiritualibus doctrinam. Tales sunt omnes in Ecclesia, qui insidiantur fratribus suis, cum quibus ad eandem mensam corporis Christi frequenter simul fuerunt. HIER. Judas autem nec primo, nec secundo correctus, a prodicione retrahit pe-</p>
---	---

manière de le réprimander, ne retira pas son pied du chemin de la trahison, mais la patience de son maître a nourri son impudence. C'est maintenant que son châtiment lui est prédit, afin que les supplices qui lui sont dénoncés le corrigent, lui sur qui la honte n'a pu rien faire.

« Le Fils de l'homme s'en va. » — **REM.** — C'est de l'humanité de s'en aller et de revenir, et de la divinité de rester toujours et d'être, et comme ce fut l'humanité du Seigneur qui put rester et mourir, c'est donc d'une manière significative qu'il est dit que le Fils de l'homme s'en alla. Il est dit sans détour : Ainsi que cela a été écrit; car tout ce que le Christ a souffert avait été d'abord prédit par les prophéties. — **S. CHRYS.** — Il dit cela pour consoler les disciples, afin qu'ils n'attribuent pas à son impuissance tout ce qu'il a souffert. Ses paroles tendent aussi à corriger Judas. Ce disciple, quoique la passion du Sauveur eût été prédite, n'en était pas moins coupable; car ce n'est pas sa trahison qui a opéré notre salut, mais la sagesse du Christ qui se servait des actions détestables des autres pour nous procurer ce qui nous était utile. « Malheur à l'homme par qui il sera livré, etc. » — **ORIG.** — Il ne dit pas : « Malheur à l'homme qui le livrera, » mais : « par qui il sera livré, » en montrant un autre qui le livrait, le diable (1), et Judas n'étant que le ministre de la trahison. Malheur à tous ceux qui livrent le Christ, et tous ceux qui trahissent les disciples du Christ trahissent le Christ. — **REM.** — Cette parole : Malheur, s'étendra aussi sur tous ceux qui s'approchent de la table du Christ avec

(1) « Lorsque le diable eut déjà mis dans le cœur de Judas de le livrer » (Jean, 13, vers. 2).

dem, sed patientia Domini nutrit impudentiam suam : et ideo poena prædicitur, ut quem pudor non vicerat, corrigant denuntiata supplicia : unde sequitur : Filius quidem hominis vadit, etc. **REMIG.** Humanitatis namque est ire et redire; Divinitas semper manere et esse : et quia humanitas divinitus pati potuit et mori, idcirco pulchre dicitur Filius hominis abire. Aperte etiam dicit : Sicut scriptum est de eo; quoniam quæcunque passus est, prius a prophetis prædicta sunt. **CHRYS.**, in homil. {82, ut sup.}. Hoc autem dixit ad consolandum discipulos, ut non existimarent infirmitatis id esse quod passurus erat; et ut etiam corrigeret proditorem : quamvis autem scriptum fuerit passurum esse Christum, nihilominus ta-

men incusatur Judas : non enim traditio Judæ salutem nostram operata est, sed sapientia Christi, qui aliorum nequitiis ad id quod nobis expediebat, utebatur : unde sequitur : Væ autem homini illi per quem tradetur, etc. **ORIG.** Non autem dixit : Væ homini illi a quo tradetur, sed, per quem tradetur, ostendens alterum a quo tradebatur, id est, a diabolo; ipsum autem Judam ministrum esse traditionis. Væ autem omnibus proditoribus Christi! quicumque enim discipulos Christi tradit, ipsum Christum tradit. **REMIG.** Væ etiam erit omnibus, qui maligna conscientia et polluta ad mensam Christi accedunt : quamvis enim Christum non tradant Judæis crucifigendum, tradunt tamen suis iniquis membris sumen-

une conscience souillée et mauvaise ; car, quoiqu'ils ne livrent pas le Christ aux Juifs pour le crucifier, ils le livrent cependant à leurs membres iniques pour se l'incorporer. Or, pour rendre plus évidente sa prophétie, il ajoute : « Ce serait bon pour lui s'il n'était jamais né. » — S. JÉR. — Il ne faut pas penser qu'il ait pu exister avant de naître, par cette raison que le bien ne peut échoir qu'à celui qui est déjà. Cette manière de s'exprimer veut seulement dire qu'il est bien meilleur de ne pas être du tout que d'être méchant. — S. AUG. — Et si quelqu'un prétend qu'il y a une autre vie avant celle-ci, il doit être convaincu que de naître a été non-seulement fatal à Judas, mais à tous. D'ailleurs, est-ce qu'il prétend qu'il n'était point expédient au diable de ne pas naître, à savoir pour le péché ? Est-ce qu'il importait, à celui qui devait être apostat, de ne pas naître au Christ par la vocation ?

passion, et notamment pour exprimer la souffrance des martyrs, ainsi que dans ce passage : « Je prendrai le calice du salut. » Il boit ce calice jusqu'à la lie, celui qui souffre tout ce que l'on fait contre lui, qui le souffre pour rendre témoignage; et en le prenant, il le renverse, celui qui se soustrait à toute souffrance. — S. AUG. — Et afin de ne pas paraître diminuer le pouvoir de son Père, il ne dit pas : « Si vous le pouvez, » mais « Si cela se peut, » parole qui revient à celle-ci : « Si cela est possible, ou si vous le voulez. » En effet, tout ce qu'il veut est possible, et c'est ce que Luc nous a exprimé d'une manière plus directe en mettant : « Si vous voulez, » au lieu de : « Si cela est possible. » — S. HIL. — Ou bien, il ne dit pas : « Que ce calice s'éloigne de moi, » ce qui serait la prière d'un homme qui craint pour soi; mais en demandant que ce calice passe au-delà de lui, il ne demande pas qu'il ne passe pas par lui, mais qu'après avoir passé par lui il passe à d'autres. Sa crainte est toute pour ceux qui devaient souffrir après lui, et il prie ainsi pour ceux qui devaient être martyrs comme lui. Ces paroles : « Que ce calice passe au-delà de moi, » reviennent à celles-ci : « Qu'il soit bu par eux comme il sera bu par moi, sans défaillance d'espoir, sans sentiment de la douleur, sans crainte de la mort. » Il dit : « Si cela est possible; » car la chair et le sang ont horreur des souffrances, et il est difficile que des corps humains ne soient pas vaincus par leur amertume. Il ajoute : « Mais non pas ainsi que je veux, mais ainsi que vous le voulez. » Il voudrait, en effet, qu'ils n'eussent pas à souffrir, de peur qu'ils ne perdent leur confiance dans l'épreuve, si toutefois ils pouvaient mériter la gloire d'être ses cohéritiers, sans passer par les difficultés de sa passion. « Non pas comme

tur a martyribus, ut in psalm. 15 : Calicem salutaris accipiam : bibit autem calicem totum, qui patitur pro testimonio quicquid fuerit ei illatum : effundit autem accipiens, qui denegat ne aliquid patiatur. AUG., *De con. Evang.* (lib. 3, cap. 4). Et ne quis eum putaret Patris minuisse potestatem, non dixit : Si facere potes ; sed, si fieri potest ; vel, si possibile est : ac si diceretur : Si vis. Fieri enim potest quod ille voluerit : unde et Lucas hoc ipsum planius intimavit : non enim ait : Si fieri potest, sed, si vis. HILAR. (ut sup.). Vel aliter, non ait : Transeat me calix iste (hæc enim esset pro se timentis oratio) : quod autem ut a se transeat rogat, non ut ipse prætereat orat, sed ut

in alterum illud quod a se transit, accedat. Totus igitur super his qui passuri erant metus est, atque ideo pro his orat, qui passuri post se erant, dicens : Transeat calix a me, id est, quomodo a me bibitur, ita ab his bibatur, sine spei diffidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis. Ideo autem ait : Si possibile est, quia carni et sanguini horum terror est ; et difficile est eorum acerbitate corpora non vinci humana. Quod autem ait : Non sicut ego volo, sed sicut tu ; vellet quidem eos non pati, ne forte in passione diffidant, si cohæreditatis suæ gloriam sine passionis suæ difficultate mereantur. Non ut ego volo, sed sicut tu, ait, eo quod Pater vult ut bibendi calicis in

je le veux, mais ainsi que vous le voulez, » dit-il, parce que le Père veut que la force de boire ce calice parte de lui en eux, et que le diable soit encore plus vaincu par les disciples du Christ que par le Christ lui-même.

S. AUG. — C'est ainsi que le Christ, revêtu de l'humanité, fit paraître une volonté privée dans laquelle nous voyons sa volonté et notre volonté à nous, dont il est le chef, lorsqu'il dit ces mots : « Que ce calice passe loin de moi. » Telle était la volonté humaine ayant des désirs personnels et privés; mais comme elle veut la justice en l'homme et qu'il soit dirigé vers Dieu, il ajoute : « Cependant, non pas comme je veux, mais comme vous voulez, » et c'est comme s'il disait : « Voyez-vous en moi ; » car la volonté personnelle a une certaine efficacité, quoique contraire à celle de Dieu; efficacité qu'il concède à sa faiblesse. — S. LÉON pape. — Cette parole du Christ est le salut de tout le corps, cette voix instruit tous les fidèles, embrase tous les confesseurs et couronne tous les martyrs; car, qui pourrait triompher de toutes les haines de ce monde, des troubles des tentations, des terreurs des persécutions, si ce n'est le Christ disant en tous et pour tous à son Père : « Que votre volonté soit faite. » Que tous les enfants de l'Église connaissent cette voix, en telle sorte que lorsqu'une violente adversité entoure quelqu'un de son épreuve, ils aient le courage de la supporter après avoir triomphé du tremblement de la crainte.

ORIG. — Jésus s'avançant un peu plus loin, et les disciples n'ayant pas pu veiller même une heure en son absence, nous devons prier pour obtenir que Jésus ne s'en aille pas, même pour un instant : « Et il vint à ses disciples et les trouva dormants. » — S. CHRYS. — Parce

eos ex ipso transeat firmitudo, quia ex voluntate Patris, non tam per Christum vinci diabolum, quam etiam per ejus discipulos oportebat.

AUG., in *Psal.* 32. Sic igitur Christus hominem gerens, ostendit privatam quamdam hominis voluntatem, in qua et suam et nostram figuravit, qui caput nostrum est, cum dicit : Transeat a me : hæc enim erat humana voluntas proprium aliquid, et tanquam privatam volens : sed quia rectum vult esse hominem et ad Deum dirigi, subdit : Verumtamen, non sicut ego volo, sed sicut tu : ac si diceret : Vide te in me, quia potest aliquid proprium velle : etsi Deus aliud velit, conceditur hoc humanæ fragilitati. LEO' Papa, in serm. *De pas.*

{serm. 7}. Hæc vox capitis salus est totius corporis ; hæc vox omnes fideles instruit, omnes confessores accendit, omnes martyres coronavit : nam quis mundi odia, quis tentationum turbines, quis posset persecutorum superare terrores, nisi Christus in omnibus et pro omnibus Patri diceret : Fiat voluntas tua ? Discant igitur hanc vocem omnes Ecclesiæ filii, ut cum adversitas violenta alicujus tentationis incumbit, superato timore formidinis, accipiant tolerantiam passionis.

ORIG. {ut sup.}. Pusillum autem progrediente Jesus ab eis, neo una hora potuerunt vigilare eo absente, propter quod orems ut nec modicum aliquando Jesus progrediatur. Sequitur : Et venit ad discipulos

que c'était la nuit, où l'on ne peut agir, et que d'ailleurs leurs yeux étaient appesantis par la tristesse. — S. HIL. — Revenant aux disciples et les trouvant endormis, il adresse ses reproches à Pierre d'une manière toute spéciale : « Et il dit à Pierre : C'est ainsi que vous n'avez pas pu veiller une heure avec moi ? » Il réprimande Pierre d'une manière toute spéciale, parce qu'il s'était, au-dessus de tous les autres, engagé à ne point se laisser scandaliser. — S. CHRYS. — Mais, puisque tous les autres avaient fait la même promesse, il leur reproche à tous leur faiblesse. Or, ceux-là mêmes qui avaient désiré mourir pour le Christ ne purent même pas veiller avec lui. — ORIG. — Les trouvant endormis, il les éveille de sa parole, et leur commande de veiller en leur disant : « Veillez et priez pour ne point entrer en tentation. » Nous devons d'abord veiller et profiter de la veille pour prier. Il veille, celui qui fait de bonnes œuvres et qui se tient en garde contre tout dogme de ténèbres; c'est la prière de l'homme qui veille ainsi, qui est exaucée. — S. JÉR. — Il est impossible que l'âme humaine ne soit pas tentée, et c'est pour cela qu'il ne dit pas : « Veillez et priez pour ne pas être tentés, » mais pour ne pas entrer en tentation (1), c'est-à-dire pour n'être pas vaincus par la tentation.

S. HIL. — Il nous montre pourquoi il les a avertis de prier pour ne pas tomber en tentation, en disant : « Car l'esprit est prompt et la chair est faible. » Il ne dit pas cela de lui-même, mais cette parole se tourne d'elle-même contre eux. — S. JÉR. — Cette parole est contre les téméraires qui pensent pouvoir réaliser tout ce qui est l'objet de leur foi.

(1) Saint Jérôme ajoute que la tentation est comme un filet où périt celui qui y entre.

suos, et invenit eos dormientes. CHRYS., in homil. (84, in Matth.). Quia tempus in-tempestæ noctis erat, et oculi eorum a tristitia erant gravati. HILAR. (ut sup.). Postquam ergo ad discipulos redit et dormientes deprehendit, Petrum arguit specialiter : unde sequitur : Et dicit Petro : Sic non potuistis una hora vigilare mecum ? Petrum ideo præ omnibus ex tribus arguit, quia præ cæteris non se scandalizandum fuerat gloriatus. CHRYS., in homil. (84, ut sup.). Sed quia et alii idem dixerunt, omnium etiam infirmitatem arguit. Qui enim mori simul cum Christo elegerant, neque simul cum eo potuerunt vigilare. ORIG. (ut sup.). Inveniens autem eos dormientes, suscitavit verbo ad audiendum, et præcipit vigilare,

dicens : Vigilate et orate, ne intretis in tentationem ; ut primum vigilemus, et sic vigilantes oremus. Vigilat qui facit opera bona, et qui sollicitè agit ne in aliquod tenebrosum dogma incurrat : sic enim vigilantis exauditur oratio. HIER. Impossibile est humanam animam non tentari. Ergo non ait : Vigilate et orate, ne tentemini, sed, ne intretis in tentationem, hoc est, ne vos tentatio superet.

HILAR. (ut sup.). Cur autem ne in tentationem venirent admonere eos voluisset orare, ostendit dicens : Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma ; non enim de se hoc dicit, ad eos enim hic sermo conversus est. HIER. Hoc autem est adversus temerarios qui quicquid crediderint,



Plus nous confions à l'ardeur de notre âme, plus nous devons craindre la fragilité de notre chair. — ORIG. — Il nous faut nous demander ici si ainsi que la chair est infirme, ainsi l'esprit est prompt en tous ; ou bien, si tous les hommes ayant une chair faible, il n'y a que les saints à avoir l'esprit prompt, l'esprit des infidèles étant sans force en même temps que leur chair infirme. Dans un autre sens, l'on peut dire qu'il n'y a que ceux dont l'esprit est prompt dont la chair est infirme, car seuls ils mortifient les œuvres de la chair (1) par l'effet de la promptitude de leur esprit. Ce sont ceux-là qu'il veut voir veiller et prier ; car plus un homme est spirituel, et plus il doit être préoccupé de la crainte que le grand bien qui existe en lui ne soit exposé à une grave chute. — REM. — Ou bien, par ces mots, il établit qu'il a pris une véritable chair de la Vierge Marie, et qu'il a eu une âme véritable ; et c'est dans ce sens qu'il dit que son esprit se porte rapidement au-devant de sa passion, et que sa chair est infirme à cause de la crainte de sa passion.

« Il s'en alla une seconde fois, et il pria en disant : Mon Père, s'il n'est pas possible que ce calice passe sans que je le boive, que votre volonté se fasse. » — ORIG. — Je pense que ce calice devait passer loin du Christ, mais avec une différence : s'il le buvait, il passait loin de lui, et ensuite loin de tout le genre humain. S'il ne le buvait pas, il passait loin de lui, mais il ne passait pas loin des hommes. Or, il voulait que ce calice passât loin de lui, de manière qu'il ne goûtât pas, si

[1] « Si vous mortifiez par l'esprit les fautes de la chair, vous vivrez » (Rom., 8, vers. 13).

putant se posse consequi. Itaque quantum de ardore mentis confidimus, tantum de fragilitate carnis timeamus. ORIG. (ut sup.). Hic considerandum est utrum sicut omnium caro infirma est, sic omnium spiritus promptus est, an omnium quidem caro infirma est, non autem et omnium hominum spiritus promptus est, sed tantum sanctorum ; infidelium autem spiritus segnus est, et caro infirma. Est autem et alio modo caro infirma eorum solum, quorum spiritus promptus est ; qui cum spiritu prompto opera carnis mortificant. Hos ergo vult vigilare et orare, ut non intrent in tentationem, quoniam qui spiritalior est, sollicitior debet esse ne magnum bonum ipsius gravem habeat lapsum. REMIG. Vel aliter : his verbis ostendit se veram carnem ex Virgine sumpsisse, et veram animam habuisse :

unde et nunc dicit spiritum suum promptum esse ad patiendum, carnem vero infirmam timere dolorem passionis.

Sequitur : Iterum secundo abiit et oravit dicens : Pater mi, si non potest calix iste transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. ORIG. (ut sup.). Æstimo quod calix ille passionis omnino a Jesu fuerat transiturus, sed cum differentia ; ut si quidem biberet eum, et ab ipso transiret, et postmodum ab universo genere hominum ; si autem non biberet eum, ab ipso quidem forsitan transiret, ab hominibus autem non transiret. Hunc ergo calicem passionis volebat quidem a se transire sic, ut omnino neque gustaret amaritudinem ejus, si tamen possibile esset, quantum ad justitiam Dei ; si autem non poterat fieri, magis volebat ut sumeret eum, et sic transiret ab eo, et ab

toutefois cela était possible, à son amertume, en ce qui concernait la justice de Dieu ; mais si cela ne pouvait pas être, il préférerait le boire, et qu'il passât ainsi loin de lui, que de le faire contrairement à la volonté de son Père. — S. CHRYS. — En priant une et deux fois, par suite de cette impression de la faiblesse humaine qui le rejetait en arrière en face de la mort, il atteste qu'il s'est fait homme véritable. Qu'un acte se répète deux et trois fois, c'est dans le langage des Écritures la plus haute démonstration de sa vérité. C'est ainsi que Joseph dit à Pharaon : « Que vous ayez vu cela deux fois, c'est l'indice de la réalité du songe. » — S. JÉR. — Ou bien, il prie par deux fois, afin que si Ninive, la Gentilité, ne peut pas être sauvée autrement qu'à la condition que l'arbrisseau (1) se dessèche, que la volonté du Père soit faite. Cette volonté d'ailleurs ne saurait être contraire à celle du Fils, le prophète ayant dit ces paroles : « Je suis venu, mon Dieu, pour faire votre volonté. » — S. HIL. — Ou bien, il prit toutes les douleurs que les membres de ses disciples devaient porter, et cloua avec lui sur la croix tout ce dont nous devons souffrir. Or, ce calice ne peut passer sans qu'il le boive ; car nous ne pouvons que coopérer à ses souffrances.

S. JÉR. — Or, le Christ prie seul pour tous, ainsi qu'il souffre seul pour tous. « Et il vint de nouveau, et il les trouva endormis ; car leurs yeux étaient appesantis. » Les apôtres étaient ainsi languissants, et leurs yeux étaient appesantis aux approches de leur renoncement. — ORIG. — Je pense que ce n'étaient pas tant les yeux de leur corps que ceux de leur âme qui étaient appesantis. Ils n'avaient pas encore reçu

(1) Allusion à l'arbrisseau qui se dessèche sur la tête de Jonas (Jonas, 3).

universo hominum genere, quam ut contra voluntatem paternam bibitionem ejus effugeret. CHRYS., in homil. (94, ut sup.). Quod quidem secundo vel tertio orat (ex affectu scilicet humanæ infirmitatis, quo mortem timebat), certificat quod vere factus est homo : secundo enim vel tertio aliquid fieri, veritatis est maxime demonstrativum in Scripturis : unde Joseph dixit Pharaoni (Gen., 41, vers. 32) : Quod vidisti secundo ad eandem rem pertinens, somni firmitatis indicium est. HILAR. Vel aliter : secundo orat, ut si Ninive (id est, gentilitas) aliter salvari non potest, nisi aruerit encurbita (id est, Judæa), fiat voluntas Patris, quæ non est contraria Filii voluntati, dicente ipso per Prophetam

(Psal. 3) : Ut facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui. HILAR. (ut sup.). Vel aliter : passuris discipulis omnem in se corporis nostri infirmitatem assumpsit, crucique secum universa quibus infirmamur affixit ; et ideo transire ab eo calix non potest, nisi illum bibat, quia pati, nisi ex ejus passione, non possumus.

HILAR. Christus autem solus orat pro omnibus, sicut et solus patitur pro universis. Sequitur enim : Et venit iterum, et invenit eos dormientes : erant enim oculi eorum gravati : languescebant enim et opprimebantur apostolorum oculi negatione vicina. ORIG. (ut sup.). Puto enim quod, non tantum corporum oculi quantum animarum gravati erant : nondum enim erat

l'esprit; c'est pour cela qu'il ne leur fait pas de reproches. Mais s'éloignant, il prie de nouveau, nous enseignant à ne pas défailir, mais à persister dans la prière, jusqu'à ce que nous ayons obtenu ce que nous avons commencé à demander. « Et les laissant là, il s'en alla de nouveau, et il pria une troisième fois, en répétant les mêmes paroles. » — S. JÉR. — Il pria une troisième fois, afin que toute parole prenne sa force dans la bouche de deux ou trois témoins (1). — RAB. — Ou bien, le Seigneur pria à trois reprises, afin que nous demandions le pardon pour nos péchés, la protection contre les maux présents, et la défense contre les maux futurs, et afin que nous adressions toutes nos prières au Père, au Fils et au Saint-Esprit, et pour nous avertir aussi de conserver intègres notre corps, notre âme et notre esprit. — S. AUG. — Il n'est point absurde de penser que la triple prière du Sauveur correspondait à la triple tentation de sa passion; car ainsi que la cupidité a trois tentations, ainsi la crainte. A la cupidité de curiosité est opposée la crainte de la mort; car ainsi que la première n'est qu'un désir avide de connaître, ainsi la seconde renferme la crainte de perdre toute cette science. A la cupidité de l'honneur et de la louange est opposée la crainte de l'ignominie et des outrages, et à la passion du plaisir correspond la crainte de la douleur. — REM. — Ou bien, il prie trois fois pour les apôtres, et surtout pour Pierre, qui devait le nier trois fois.

(1) Deut., 19, v. 15. Matth., 18, v. 16. 2 Corinth., 13, v. 1.

eis Spiritus datus : unde non eos reprehendit ; sed vadens iterum oravit ; docens ut non deficiamus, sed permaneamus in oratione, donec impetremus ea quæ postulare jam cepimus. Unde sequitur : Et relictis illis, iterum abiit, et oravit tertio eundem sermonem dicens. HIER. Tertio autem oravit, ut in ore duorum vel trium testium staret omne verbum. RAB. Vel ideo tribus vicibus Dominus oravit, ut nos peccatis præteritis veniam, et præsentibus malis tutelam; et futuris periculis cautelam oremus, et ut omnem orationem ad Patrem, et ad Filium, et ad Spiritum Sanctum dirigamus ; et ut integer spiritus noster, et anima, et corpus servetur. AUG., *De quæst. Evang.* (lib. 2, cap. 44). Non absurde etiam intelligitur propter trinam tentationem passionis, ter Dominum orasse : sicut enim tentatio cupiditatis trina est, ita et

tentatio timoris trina est : cupiditati, quæ in curiositate est, opponitur timor mortis : sicut enim in illa cognoscondarum rerum est aviditas, ita et in ista metus amittendæ talis notitiæ : cupiditati vero honoris vel laudis opponitur timor ignominie et contumeliarum : cupiditati autem voluptatis opponitur timor doloris. REMIG. Vel ter orat pro apostolis, et maxime pro Petro, qui ter erat eum negaturus.

*Tunc venit ad discipulos suos, et dicit illis : Dormite jam et requiescite ; ecce appropinquavit hora, et Filius hominis tradetur in manus peccatorum : surgite, eamus : ecce appropinquavit qui me tradet.*

HILAR. (cant. 31, ut sup.). Post orationem frequentem, post discursus recursusque multiplices, metum demit, securitatem

*Après il vint trouver ses disciples, et leur dit : Dormez maintenant, et vous reposez : voici l'heure qui est proche, et le Fils de l'homme va être livré entre les mains des pécheurs. Levez-vous, allons : le voilà tout près d'ici celui qui me doit trahir.*

S. HIL.—Après avoir prié par plusieurs fois, après plusieurs départs et retours successifs, il laisse tomber sa crainte, reprend sa sécurité, et engage ses disciples au repos : « Alors il vint vers les disciples, etc. »—S. CHRYS.—Et c'est alors qu'il fallait veiller ; mais il leur parle ainsi pour leur montrer qu'ils ne pourraient pas supporter la vue de ce qui allait arriver, et qu'il n'avait aucun besoin de leur appui, allant être livré tout-à-fait. — S. HIL. — Ou bien, il dit cela parce qu'il était maintenant rassuré sur la volonté de son Père, de laquelle il avait dit : « Que votre volonté soit faite ; » car buvant le calice qui devait passer jusqu'à nous, il a absorbé l'infirmité de notre corps, les sollicitudes de la crainte, et la douleur elle-même de la mort. — ORIG. — Ou bien, ce sommeil qu'il conseille maintenant à ses disciples n'est plus le même que celui que nous avons vu plus haut leur arriver ; plus haut, il les avait trouvés non pas se reposant, mais dormant, ayant leurs paupières accablées. Ce qu'il leur ordonne maintenant, ce n'est pas de dormir simplement, mais de dormir d'un sommeil reposant. C'est ainsi qu'est conservée la gradation naturelle des choses. Nous devons prier en veillant, pour ne point entrer en tentation, pour pouvoir ensuite dormir et nous reposer, en telle sorte que si quelqu'un a trouvé un lieu pour son Seigneur, une tente pour le Dieu de Jacob (1), il monte sur ce lit de sa couche, et donne le sommeil à ses yeux. Probablement

(1) « Si je suis monté sur le lit de ma couche, si j'ai promis le sommeil à mes yeux et le repos à mes tempes, jusqu'à ce que j'aie trouvé un lieu pour le Seigneur. »

reddit, in requiem adhortatur : unde dicitur : Tunc venit ad discipulos, etc. CHRYS., in homil. (84, ut sup.). Et quidem tunc vigilare oportebat ; sed hoc dixit, ut ostenderet quoniam neque visum possent ferre futurorum malorum, et quoniam eorum non indiget auxilio, quoniam omnino tradit eum oportebat. HILAR. (ut sup.). Vel hoc dicit, quia voluntatem Patris de discipulis jam securus expectabat, de qua dixerat : Fiat voluntas tua ; quia scilicet transiturum in nos calicem bibens, infirmitatem corporis nostri, et timoris sollicitudinem, et ipsum dolorem mortis absorbit. ORIG. (ut sup.).

Vel non est ille ipse somnus quem jubet nunc discipulos suos dormire, et ille qui eis superius scribitur contigisse : illic enim dormientes invenit, non requiescentes, sed gravatos oculos habentes : nunc autem præcepit eis, non simpliciter dormire, sed cum requie, ut ordo servetur ; et primum quidem vigilemus orantes, ut non intremus in tentationem, ut postea dormiamus et requiescamus ; ut cum aliquis invenerit locum Domino, tabernaculum Deo Jacob, ascendat super lectum stratus sui, et det somnum oculis suis. Forsitan autem et anima non potens semper sufferre labores, quasi incur-

aussi qu'il s'agit ici d'une âme qui, ne pouvant toujours supporter les fatigues, recevra, accablée qu'elle est sous son labeur, des temps de relâche qu'elle goûtera sans remords, afin qu'elle se lève renouvelée de ce repos d'un moment. — S. HIL. — Voici la raison pour laquelle allant à ses disciples et les trouvant endormis, il le leur reproche d'abord, puis se tait, et enfin leur ordonne de se reposer; c'est qu'après sa résurrection il doit leur adresser ses reproches, tout d'abord en les trouvant dispersés, sans confiance, et tremblants; en second lieu, en leur envoyant l'Esprit-Saint les visiter ainsi pendant que leurs yeux appesantis sont incapables de contempler la liberté de l'Évangile : c'est le temps où, esclaves de l'amour de la loi, ils étaient comme ensevelis dans un sommeil de la foi; en troisième lieu enfin, il les rendra au repos et à la sécurité par son retour glorieux.

ORIG. — Après les avoir éveillés de leur sommeil, voyant en esprit Judas s'approcher de la trahison, comme les disciples n'avaient pas pu s'en apercevoir auparavant, il leur dit : « Voici que s'approche. » — S. CHRYS. — En leur disant que c'est l'heure qui s'approche, il leur montre que ce qui se passait était l'effet d'une disposition particulière de la Providence. Et par ces mots : « Que le Fils de l'homme sera livré entre les mains des pécheurs, » il leur insinue que sa passion était l'œuvre de leur malice, et que ce n'était pas son péché personnel qui l'avait soumis à leur puissance. — ORIG. — Maintenant encore Jésus est livré entre les mains des pécheurs, lorsque ceux qui paraissent croire en Dieu l'ont entre les mains, tout en restant dans le péché. Et aussi toutes les fois qu'un juste qui possède Jésus en soi tombe au pouvoir des pécheurs, Jésus est encore livré aux mains des pécheurs.

S. JÉR. — Après avoir prié pour la troisième fois, et avoir ob-

vata, remissiones aliquas sine reprehensione consequetur, quæ moraliter dormitiones dicuntur, ut usque ad aliquantum temporis habens remissionem, renovata resuscitetur. HILAR. (ut sup.). Quod autem ad eos revertens, dormientesque reperiens, primum reversus objurgat, secundo silet, tertio quiescere jubet, ratio ista est : quod primum post resurrectionem dispersos eos, et diffidentes ac trepidos deprehendit ; secundo, misso Spiritu Paracleto, gravatis ad contuendam Evangelii libertatem oculis, visitavit : nam aliquandiu legis amore detenti, quodam fidei somno occupati sunt ; tertio vero (id est, claritatis suæ reditu) securitati eos quietique restituet.

ORIG. (ut sup.). Postquam autem suscitavit eos a somno, videns in spiritu appropinquantem Judam traditioni, qui nondum videbatur a discipulis ejus, dicit : Ecce appropinquavit, etc. CHRYS., in homil. (84, ut sup.). Per hoc autem quod dicit : Appropinquavit hora, ostendit quoniam divinæ dispositionis erat quod gerebatur : per hoc autem quod dicit : Filius hominis tradetur in manus peccatorum, demonstrat quoniam illorum nequitiae hoc opus erat ; non quod ipse delicto esset obnoxius. ORIG. (ut sup.). Sed et nunc in manus peccatorum traditur Jesus, quando hi qui videntur in Jesum credere, habent eum in manibus suis, cum sint peccatores : sed et quoties-

tenu pour les apôtres que leur crainte fût corrigée par un repentir prochain, sûr de sa passion, il va vers les persécuteurs, et se présente de lui-même à la mort. « Levez-vous, allons ; » c'est comme s'il disait : Afin qu'ils ne nous trouvent pas comme pleins de crainte, marchons de nous-mêmes à la mort, afin que ceux qui doivent nous faire souffrir voient notre confiance et notre joie : « Voilà que celui qui me trahit s'est approché. » — ORIG. — Il ne dit pas : Il s'est avancé vers moi ; car il ne s'avancait pas vers lui, le traître, qui s'était éloigné de lui par ses péchés. — S. AUG. — Ce discours, dans saint Matthieu, paraît contenir une contradiction ; car comment a-t-il pu dire : « Dormez maintenant et reposez-vous, » et unir cette parole à celle-ci : « Levez-vous ? allons. » Cette apparente contradiction fait soutenir à quelques-uns, avec une certaine répugnance, que ces mots : « Dormez maintenant et reposez-vous, » sont une expression de reproche, et non une permission librement accordée. Cette explication devrait être admise si elle était nécessaire. Mais comme l'on a fait suivre ces mots : « Dormez maintenant et reposez-vous, » de ces mots : « C'est assez, » et puis : « Vient l'heure, » l'on comprend facilement qu'après ces mots : « Reposez-vous et dormez maintenant, » le Seigneur garda le silence un instant, pendant lequel s'accomplit ce qu'il avait promis ; c'est alors seulement qu'il ajouta : « Voici que l'heure s'est approchée. » Les paroles de Marc : « C'est assez, » ont été employées pour exprimer que les disciples se sont déjà assez reposés.

omnino justus habens in se Jesum, in potestate factus fuerit peccatorum, Jesus est traditus in manus peccatorum.

HIER. Postquam ergo tertio oraverit, et apostolorum timorem sequente poenitentia impetraverat corrigendum, securus de passione sua pergit ad persecutores, et ultro se ad interficiendum præbet. Unde sequitur : Surgite, eamus : quasi dicat : Ne vos inveniant quasi timentes, ultro pergamus ad mortem, ut confidentiam et gaudium passuri videant. Sequitur enim : Ecce appropinquavit qui me tradet. ORIG. (ut sup.). Non dicit : Appropinquavit mihi : nec enim ipsi appropinquabat traditor ejus, qui se elongaverat peccatis suis ab eo. AUG., *De con. Evang.* (lib. 3, cap. 4). Videtur autem hic sermo secundum Matthæum sibi ipsi

esse contrarius : quomodo enim dixit : Dormite jam, et requiescite, cum connectat : Surgite, eamus ? Qua velut repugnantia quidam commoti, conantur ita pronuntiare quod dictum est : Dormite jam, et requiescite, tanquam ab exprobrante, non a permittente sit dictum ; quod recte fieret, si esset necesse : cum vero Marcus ita commemoravit, ut cum dixisset : Dormite jam, et requiescite, adjungeret, sufficit ; et deinde inferret : Venit hora. Ecce tradetur Filius hominis ; nique intelligitur post illud quod eis dictum est : Dormite jam et requiescite, siluisse Dominum aliquantulum, ut hoc fieret quod promiserat ; et nunc intulisse : Ecce appropinquavit hora. Propter quod secundum Marcum positum est, sufficit, id est, quod jam requievistis.

*Il n'avait pas encore achevé ces mots que Judas, un des douze, arriva, et avec lui une grande troupe de gens armés d'épées et de bâtons, qui avaient été envoyés par les princes des prêtres et par les anciens du peuple. Or celui qui le trahissait leur avait donné un signal pour le connaître, en leur disant : Celui que je baisera, c'est celui-là même que vous cherchez : saisissez-vous de lui. Aussitôt donc il s'approcha de Jésus, et lui dit : Je vous salue, mon maître. Et il le baisa. Jésus lui répondit : Mon ami, qu'êtes-vous venu faire ici ? Et en même temps, tous les autres, s'avancant, se jetèrent sur Jésus, et se saisirent de lui.*

LA GLOSE. — Après nous avoir montré plus haut le Sauveur se présentant de lui-même à la mort, le Sauveur nous montre comment il fut pris par les persécuteurs : « Pendant qu'il parlait, voici qu'un, etc. » — REM. — Un seul de fait, mais non pas un seul méritant d'y être mentionné. L'évangéliste nous présente ainsi cet infâme forfait qui de la dignité d'apôtre fit tomber Judas jusqu'à être un traître : « Et avec lui beaucoup de monde avec des glaives et des bâtons. » Pour nous montrer que c'est par envie qu'il fut pris, il ajoute : « Envoyés par les princes des prêtres et par les anciens du peuple. » — ORIG. — L'on pourrait dire que l'on en avait envoyé un grand nombre contre lui à cause de la multitude des croyants, par la crainte que cette multitude ne le délivrât. Mais je pense que ce fut par un autre motif et parce que, pensant qu'il pouvait chasser les démons par le pouvoir de Béalzébub, ils craignaient qu'il ne pût par quelque maléfice s'échapper des mains de ceux qui venaient s'emparer de lui. Or, il en est encore beaucoup qui combattent contre le Christ avec les glaives divers de l'esprit,

(1) On ne le trouve ni dans la Glose, ni dans saint Anselme, ni ailleurs.

*Adhuc eo loquente, ecce Judas, unus de duodecim, venit, et cum eo turba multa cum gladiis et fustibus, missi a principibus sacerdotum et senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens : Quemcumque osculatus fuero, ipsa est, tenete eum. Et confestim accedens ad Jesum dixit : Ave, Rabbi. Et osculatus est eum. Dixitque illi Jesus : Amice, ad quid venisti ? Tunc accesserunt, et manus injecerunt in Jesum, et tenuerunt eum.*

GLOSSA. Quia superius dictum est quod Dominus ultro se persecutoribus exhibebat, consequenter Evangelista ostendit quomodo sit a persecutoribus detentus : unde dicit : Adhuc eo loquente, ecce unus. REMIG. Unus videlicet numero, non merito : hoc

autem dixit ad ostendendum immane facinus illius, qui de apostolica dignitate factus fuerat proditor. Sequitur : Et cum eo turba multa cum gladiis et fustibus. Ut autem ostenderet Evangelista invidentiæ causa illum comprehensum, subjungit : Missi a principibus sacerdotum et senioribus populi. ORIG. [ut sup.]. Potest dicere aliquis quoniam propter multitudinem eorum qui jam crediderant, multi venerunt adversus eum : timentes ne multitudo credentium de manibus eorum tollerent eum. Ego æstimo etiam alteram causam, quoniam qui putabant eum in Beelzebub ejicere solere dæmonia, arbitrabantur eum ex quibusdam maleficiis posse effugere de medio volentium eum tenere. Multi etiam nunc spiritalibus gladiis militant contra Jesum, variis scilicet

c'est-à-dire par les nombreuses et différentes erreurs sur Dieu. « Et celui qui le livra leur donna un signe en disant : Celui que j'aurai baisé. » Il n'est point inutile de rechercher pourquoi il leur donna un signe pour le reconnaître alors que sa figure était connue de tous les habitants de la Judée. Or, il est arrivé jusqu'à nous une tradition disant que non-seulement (1) il y avait de lui deux formes, l'une que tout le monde voyait, et l'autre qui était celle de sa transfiguration sur la montagne; mais encore qu'il apparaissait à chacun selon qu'il en était digne, ainsi que cela a été écrit de la manne qui avait la saveur correspondant à toute espèce de mets : c'est ainsi que le Verbe de Dieu n'aurait pas apparu le même à tous; et c'est à cause de ces transfigurations qu'ils avaient besoin d'un signe pour le reconnaître. — S. CHRYS. — Ou bien, il leur donna un signe, parce que souvent il s'échappait, sans qu'ils s'en aperçussent, échappé de leurs mains quand ils voulaient s'emparer de lui; c'est ce qu'il aurait encore fait s'il avait voulu.

« Et s'approchant aussitôt de Jésus, il lui dit : Je vous salue, maître. Et il le baisa. » — RAB. — Le Sauveur accepta le baiser du traître, non pas pour nous apprendre à simuler, mais il le fait pour ne pas paraître fuir le traître. — ORIG. — Si quelqu'un demande pourquoi Judas a trahi Jésus par un baiser, c'est que d'après quelques-uns il voulut conserver les marques de respect à l'égard de son maître, n'osant pas se précipiter sur lui aux yeux de tous; et selon d'autres pour ne pas le faire s'échapper en se présentant à ses yeux comme un ennemi déclaré,

[1] Ceci n'est pas probable. Saint Jérôme se rapproche assez de cette opinion en disant que Judas, connaissant le fait de la transfiguration, craignait que Jésus ne se transfigurât pour lui échapper.

et diversis de Deo dogmatibus. Sequitur : Qui autem tradidit eum, dedit eis signum dicens : Quemcunque osculatus, etc. Dignum est autem quærere, cum secundum faciem notus esset omnibus habitandus in Judæa, quare quasi non cognoscentibus effigiem ejus, dedit eis signum? Venit autem traditio talis de eo ad nos, quoniam, non solum duæ formæ in eo fuerunt (una, secundum quam eum omnes videbant; altera, secundum quam transfiguratus est coram discipulis in monte); sed etiam unicuique apparebat secundum quod fuerat dignus, sicut et de manna scriptum est (Sap., 18) quod habebat saporem ad omnem usum convenientem; et Verbum Dei non

similiter cunctis apparet. Propter hujusmodi ergo transfigurationes ejus signo indigebant. CHRYS., in homil. (84, ut sup.). Vel ideo signum eis dedit, quia multoties detentus ab ipsis, pertransiit nescientibus eis; quod et tunc factum esset, si ipse voluisset.

Sequitur : Et confestim accedens ad Jesum, dixit : Ave, Rabbi. Et osculatus est eum. RAB. Suscipit Dominus osculum traditoris, non quod simulare nos doceat, sed ne proditorem fugere videatur. ORIG. (ut sup.). Si autem aliquis quærat cur osculo Judas tradidit Jesum : secundum quosdam quidem voluit reverentiam ad magistrum servare, non audens manifeste in eum ir-



puisqu'il en croyait lui-même, il pouvait fuir et se rendre inaccessible. Pour moi, je pense que c'est par un baiser que tous ceux qui sont traîtres à la vérité la trahissent en feignant d'aimer la vérité. Tous les hérétiques disent à Jésus, ainsi que Judas : « Je vous salue, rabbin. » Jésus répond des paroles propres à adoucir : « Et Jésus lui dit : Ami, pourquoi êtes-vous venu ? » Il dit *ami*, pour lui reprocher sa simulation, car nous ne voyons dans l'Écriture aucun juste appelé de ce nom (1), tandis qu'il est dit au méchant : « Ami, pourquoi êtes-vous entré ici ? — Ami, je ne vous fais pas de tort. » — S. AUG. — Il dit : « Pourquoi êtes-vous venu ? » comme s'il disait : « Vous baisez et vous trahissez. Je sais pourquoi vous êtes venu ; vous simulez l'amitié et vous êtes un traître. » — REM. — Ou bien : « Ami, pourquoi êtes-vous venu ? » sous-entendez : faites ce pour quoi vous êtes venu. — « Alors ils s'approchèrent, portèrent les mains sur lui et s'emparèrent de lui. » A savoir lorsqu'il le permit, car souvent ils le voulurent et ne le purent pas. — RAB. — Tressaille, ô chrétien ! tu as gagné au trafic de tes ennemis ce que Judas a vendu, et ce que *le Juif a acheté, tu l'as acquis.*

*Alors un de ceux qui étaient avec Jésus, portant la main à son épée et la tirant, en frappa un des serviteurs du grand-prêtre, et lui coupa l'oreille. Mais Jésus lui dit : Remettez votre épée en son lieu ; car tous ceux qui prendront l'épée périront par l'épée. Croyez-vous que je ne puisse pas*

(1) Du moins au vocatif et au singulier, car au vocatif pluriel nous avons le mot *amis* adressé aux justes : *mangez, amis* (cant. 5). Abraham est appelé *l'ami de Dieu* (2 Paral. ; 20).

ruere ; secundum alios autem hoc fecit, timens ne si forte se manifestum adversarium præbuisset, ipse ei fieret causa evasionis, cum posset secundum opinionem ejus effugere et facere se impervium. Ego autem puto quod omnes proditores veritatis, amare veritatem fingentes, osculi signo utuntur. Omnes etiam hæretici (sicut et Judas) Jesu dicunt : Rabbi. Jesus autem placabilia respondet : unde sequitur : Dixitque illi Jesus : Amice, ad quid venisti ? Dicit autem, amice, impropere simulacionem : hoc enim nomine nemiuem bonorum in Scripturis cognoscimus appellatum : ad malum enim dicitur (Matth., 22) : Amice, quomodo huc intrasti ? Et Matth., 20 : Amice, non facio tibi injuriam. AUG., in serm., *Dom. de Pas.* Dicit autem : Ad

quid venisti ? tanquam si diceret : Oscularis et insidiaris ; novi quare veneris : amicum fingis, cum proditor sis. REMIG. Sive : Amice, ad quid venisti ? Hoc fac, subintelligitur. Sequitur : Tunc accesserunt, et manus injecerunt in Jesum, et tenuerunt eum : tunc scilicet quando ipse permisit : frequenter enim voluerunt, sed non poterunt. RAB. Exulta, Christiane ! in commercio inimicorum tuorum vicisti : quod Judas vendidit, et quod Judæus emit, tu acquisivisti.

*Et ecce unus ex his qui erant cum Jesu, extendens manum ezevit gladium suum, et percussit servum principis sacerdotum, amputavit auriculam ejus. Tunc ait illi Jesus : Convertite gladium tuum in locum suum :*

*prier mon Père, et qu'il ne m'enverrait pas ici en même temps plus de douze légions d'anges? Comment donc s'accompliront les Écritures, qui déclarent que cela se doit faire ainsi?*

S. CHRYS. — Ainsi que Luc le rapporte, le Seigneur avait dit dans la cène à ses disciples : « Que celui qui a un sac le prenne en même temps que sa bourse, et que celui qui n'en a pas vende sa tunique et achète un glaive; » et les disciples répondirent : « Voici deux glaives ici. » Il avait fallu qu'il y eût des glaives à cause de l'agneau pascal qu'ils avaient mangé. Or, apprenant que les persécuteurs s'approchaient pour prendre le Christ, ils prirent, au sortir de la cène, des glaives contre ces persécuteurs et comme s'ils allaient combattre pour leur maître : « Et voici qu'un de ceux qui étaient avec Jésus, étendant la main, saisit son glaive. » — S. JÉR. — On lit dans un autre évangéliste que Pierre l'avait fait; il l'avait fait avec cette même ardeur qu'il avait portée en tout : « Et frappant un serviteur du prince des prêtres, il lui coupa une oreille. » Ce serviteur du prince des prêtres s'appelle Malchus; l'oreille qui lui fut coupée était la droite. Or, nous dirons en passant que ce Malchus, roi (1) jadis du peuple juif, est devenu esclave de l'impiété et de la cupidité des prêtres, et a perdu son oreille droite, ne conservant que la gauche pour les paroles vaines de la loi.

ORIG. — Et quoiqu'ils paraissent encore maintenant être attentifs à la loi, ils ne la reçoivent que de l'oreille gauche, percevant non pas la vérité, mais l'ombre de la tradition de la loi. Or, le peuple des croyants venu des nations est signifié ici par Pierre, et du moment

(1) C'est une allusion au mot *Malchus* qui, en hébreu, veut dire roi.

*omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quia non possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri?*

CHRYS., in homil. (83, in Matth.). Sicut Lucas refert (c. 22), Dominus in cœna discipulis dixerat : Qui habet sacculum, tollat similiter et peram; et qui non habet, vendat tunicam suam et emat gladium : et discipuli responderunt : Ecce gladii duo hic. Conveniens autem erat illic gladios esse, propter agnum scilicet paschalem quem comederant. Audientes quoque quoniam

venirent persecutores ad Christum capiendum, a cœna exeuntes, gladios sumpserunt in auxilium adversus persecutores, quasi pro magistro præliaturi : unde et hic dicitur : Ecce unus ex his qui erant cum Jesu, extendens manum, exemit gladium suum. HIER. In alio Evangelio scriptum est (Joan., 18) quod Petrus hoc fecerit; eodem ardore quo et cœtera fecit : unde sequitur : Et percutiens servum principis sacerdotum, amputavit auriculam ejus. Servus principis sacerdotum Malchus appellatur; auricula quoque quæ amputatur, dextra est : transitorie dicendum est quod Malchus (id est, rex quondam populi Judæorum) servus factus est impietatis et devoracionis sacerdo-

qu'ils ont cru au Christ ils ont été la cause de ce que l'audition droite et régulière a été enlevée aux Juifs. — RAB. — Ou bien, Pierre n'enlève pas aux croyants le sens de la perception de la vérité, mais il ne fait qu'exécuter le juste jugement de Dieu qui l'enlève aux négligents, tandis que cette oreille droite, par l'effet de la miséricorde divine, a été rendue à son premier emploi à ceux qui se sont montrés croyants dans ce même peuple. — S. HIL. — Ou bien, l'oreille coupée par Pierre au valet du grand-prêtre, c'est l'ouïe désobéissante enlevée par le disciple du Christ au peuple qui servait le sacerdoce; et ainsi est arraché et rendu incapable désormais de vérité ce qui n'avait pas voulu l'entendre.

S. LÉON pape. — Le Seigneur ne souffre pas que le mouvement pieux de son zélé disciple aille au-delà : « Alors Jésus lui dit : Remettez votre glaive dans son fourreau. » C'eût été contraire au mystère de l'incarnation que celui qui venait mourir pour tous ne voulût pas se laisser prendre. Il donne donc le pouvoir de sévir contre lui à ces furieux, afin que par le retard de son glorieux triomphe la domination du diable ne fût pas prolongée et l'esclavage des hommes encore plus long. — RAB. — Il fallut aussi que l'auteur de la grâce enseignât par son exemple la patience aux fidèles, et qu'il leur enseignât à supporter bravement l'adversité plutôt que de les provoquer à la vengeance. — S. CHRYS. — Il ajoute une menace pour persuader plus facilement le disciple : « Tous ceux qui prendront le glaive périront par le glaive. » — S. AUG. — C'est-à-dire quiconque se sera servi du glaive. Il n'y a à s'armer du glaive que celui qui répand le sang sans la per-

tum, dexteramque perdidit auriculam; ut litteræ vilitatem audiat in sinistra. ORIG. (ut sup.). Nam etsi videntur legem audire modo, cum sinistro auditu audiunt umbram traditionis de lege, non veritatem : populus autem eorum qui ex gentibus crediderunt significatur per Petrum; per hoc ipsum quod crediderunt in Christum, facti sunt causa ut præcideretur Judæorum auditio dextera. RAB. Vel Petrus non tollit audientibus intelligendi sensum, sed divino ablatum judicio negligentibus pandit : verum eadem dextera auris in iis qui ex eodem populo crediderunt, divina pietate pristino restituta est officio. HILAR. (cant. 22, in *Matth.*). Vel aliter : servo principis sacerdotum auricula ab Apostolo desecatur : populo scilicet sacerdotio servienti per Christi discipulum inobediens auditus exciditur;

et ad capacitatem veritatis hoc quod erat non audiens, amputatur.

LEO Papa, in serm. *De pass.* (serm. 1). Dominus autem zelantis Apostoli pium motum progredi ultra non patitur : unde sequitur : Tunc ait illi Jesus : Convertite gladium tuum in locum suum. Contra sacramentum enim erat redemptionis nostræ ut qui mori pro omnibus venerat, capi nollet. Dat ergo in se furentibus licentiam sæviendi, ne dilato gloriosæ crucis triumpho. et dominatio diabolica fieret longior, et captivitas humana diuturnior. RAB. Oportuit etiam ut auctor gratiæ fideles patientiam suo exemplo doceret, et potius ad sustinendum fortiter adversa instrueret, quam ad vindicandum provocaret. CHRYS., in homil. (83, ut sup.). Ad hoc autem ut discipulo persuaderetur, comminationem

mission ou l'ordre ou le consentement d'une puissance supérieure et légitime : or, le Seigneur leur avait ordonné de s'armer du glaive, mais non pas d'en frapper. Qu'y a-t-il d'indigne à ce qu'après ce péché Pierre ait été fait pasteur de l'Église ainsi que Moïse fut fait recteur et gouverneur de la Synagogue après avoir tué cet Égyptien (1)? L'un et l'autre dépassèrent la règle, non par une détestable cruauté, mais par un courage digne de pardon; l'un et l'autre furent poussés par la haine de l'injustice commise sous leurs yeux, mais l'un pécha par un sentiment d'amour fraternel, et le second par une affection, qui, quoique charnelle, était pour le maître. — S. HIL. — Mais la mort par le glaive n'est pas celle de tous ceux qui se servent du glaive, car souvent la fièvre ou un autre accident de cette nature dévore ceux qui se sont servis du glaive pour exercer la fonction de juge ou pour résister aux voleurs. Si donc, d'après la sentence du Seigneur doit périr par l'épée quiconque se sert de l'épée, l'immolation qu'il faut regarder comme juste, c'est l'immolation par le glaive de celui qui s'est servi du glaive pour un crime. — S. JÉR. — Par quel glaive périra celui qui se sera servi du glaive? par ce glaive qui vibre brûlant devant le paradis (2), par le glaive de l'esprit qui se trouve décrit dans l'armure de Dieu (3). — S. HIL. — Le Seigneur ordonne que le glaive soit retiré, car il allait les immoler non pas avec un glaive humain, mais avec le glaive de sa bouche. — RÉMIG. — Ou bien, celui qui se sert du glaive pour tuer l'homme, périt tout le premier par le glaive de sa malice.

(1) Celui qui avait tué un Israélite sous ses yeux. (Exode, 2).

(2) Genèse, 3, v. 24.

(3) « Recevez l'armure de Dieu..... et le glaive de l'esprit » (Eph., 6, v. 13 et 17).

addit, dicens : Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. AUG., cont. Faust. (lib. 22, cap. 76). Id est, omnis qui usus fuerit gladio : ille autem utitur gladio qui nulla superiori aut legitima potestate, vel jubente, vel annuente, vel concedente, in sanguinem alicujus armatur : nam utique Dominus jusserat ut ferrum discipuli ejus ferrent, sed non jusserat ut ferirent. Quid ergo indignum si Petrus post hoc peccatum factus est pastor Ecclesiæ, sicut Moyses post percussum Ægyptium factus est rector et princeps synagogæ; uterque enim non detestabili immanitate, sed emendabili animositate, regulam excessit : uterque odio improbitatis alienæ : sed ille fraterno, iste dominico (licet adhuc carnali)

tamen amore peccavit. HILAR. (ut sup.). Sed non omnibus gladio utentibus mors solet esse per gladium : nam plures aut febris, aut alius accidens casus absumit, qui gladio (aut judicii officio, aut resistendi latronibus necessitate) sunt usi. Etsi secundum sententiam ejus omnis gladio utens, gladio perimeretur, recte ad necem eorum gladius exerebatur, qui eodem utebantur ad facinus. HIER. Quo ergo gladio peribit quicumque gladium sumpserit? Illo nempe qui igneus vertitur ante paradisum; et gladio spiritus, qui in Dei describitur armatura. HILAR. Recondi ergo gladium præcepit Dominus, quia eos, non humano, sed oris sui gladio esset perempturus. RÉMIG. Vel aliter : qui gladio utitur ad

tions persécutrices des chrétiens; par les assistants que l'on voit en troisième lieu dans la cour, les ministres des diverses hérésies. — S. AUG. — Pierre a nié trois fois, car c'est de trois manières que se formule l'hérésie, en attaquant ou la divinité, ou l'humanité, ou toutes les deux à la fois. — RAB. — Après le troisième renoncement se fait entendre le chant du coq. Et c'est ce qui est ajouté : « Et aussitôt le coq chanta. » Il nous faut voir en cela le docteur de l'Église qui, adressant ses reproches aux somnolents, leur dit : « Éveillez-vous, justes, et ne péchez pas. » Or, l'Écriture a l'habitude de souvent signifier le caractère d'une chose par le moment où elle s'est passée, et c'est ainsi que Pierre, qui a renié au milieu des ténèbres, s'est repenti au chant du coq. « Et Pierre s'étant rappelé de la parole que Jésus lui avait dite : Avant que le coq ait chanté, vous me nierez trois fois. » — S. JÉR. — Nous lisons dans un autre évangile qu'après le renoncement de Pierre et le chant du coq, le Seigneur regarda Pierre et l'appela par son regard à des larmes amères. Il n'était pas possible qu'il restât dans les ténèbres celui qui avait été regardé par la lumière du monde. « Et étant sorti, il pleura amèrement. » Il ne pouvait pas faire pénitence dans la cour de Caïphe, et il sort du milieu de l'assemblée des impies pour laver dans des larmes amères la honte d'un lâche renoncement. — S. LÉON. — Heureuses, ô saint apôtre, vos larmes, qui eurent pour effacer la faute de votre renoncement la vertu du sacré baptême ! Vous fûtes secouru par la droite du Seigneur Jésus-Christ, qui vous reprit avant que vous fussiez dans la prostration, et c'est ainsi que vous reçûtes la force de la stabilité,

ORIG. (ut sup.). Vel per primam ancillam intelligitur synagoga Judæorum, qui frequenter compulerunt denegare fideles; per secundam, congregatio gentium, quæ et persecutæ sunt Christianos; per tertias stantes in atrio, ministri hæresum diversarum. AUG., *De quest. Evang.* (lib. 1, cap. 23). Ter etiam Petrus negavit: nam et error hæreticorum de Christo tribus generibus terminatur: aut enim de Divinitate, aut de humanitate, aut de utroque falluntur. RAB. Post tertiam autem negationem sequitur galli cantus: et hoc est quod subditur: Et continuo gallus cantavit: per quem doctor Ecclesiæ intelligitur, qui somnolentos increpans ait (1 Cor., 15, v. 34): Evigilate justi, et nolite peccare. Solet autem sacra Scriptura sæpe meritum causarum

per statum temporum designare: unde Petrus qui media nocte negavit, ad galli cantum pœnituit. Unde sequitur: Et recordatus est Petrus verbi Jesu quod dixerat: Priusquam gallus cantet, ter me negabis. HIER. In alio Evangelio legimus (Luc., 22) quod post negationem Petri et galli cantum respexit Salvator Petrum, et intuitu suo eum ad amaras lacrymas provocavit: non enim fieri poterat ut in negationis tenebris permaneret, quem lux respexerat mundi: unde et hic sequitur: Et egressus foras, flevit amare: in atrio enim Caiphæ sedens non poterat agere pœnitentiam: unde foras egreditur de impiorum concilio, ut pavidæ negationis sordes amarum fletibus lavet. LEO Papa (serm. 9 *De pass.*). Felices, o Apostole sancte, lacrymæ tuæ, quæ ad di-

tout enveloppé du péril de votre chute. Aussitôt Pierre revint à la stabilité, comme un homme qui a reçu la force, de telle manière que celui qui n'avait pas pu alors soutenir la vue de la passion du Christ ne montra aucune faiblesse et resta inébranlable au sein de sa propre passion.

## CHAPITRE XXVII.

*Le matin étant venu, tous les princes des prêtres et des sénateurs du peuple juif tinrent conseil contre Jésus pour le faire mourir. Et l'ayant lié, ils l'emmenèrent, et le mirent entre les mains de Ponce-Pilate, leur gouverneur. Cependant Judas, qui l'avait trahi, voyant qu'il était condamné, se repentit de ce qu'il avait fait; et rapportant les trente pièces d'argent aux princes des prêtres et aux sénateurs, il leur dit : J'ai péché en trahissant le sang innocent. Ils lui répondirent : Que nous importe ? C'est votre affaire. Alors il jeta son argent dans le temple, et s'étant retiré, il alla se pendre.*

S. AUG. — L'évangéliste avait tissu son récit avec ce qui était arrivé au Seigneur pendant la nuit jusqu'au matin, puis il était revenu sur ses pas pour raconter le renoncement de Pierre, et c'est après avoir

luendam culpam negationis, virtutem sacri habuere baptismatis. Aduit enim dextera Domini Jesu Christi, quæ labentem te (priusquam dejicereris) exciperet; et firmitatem standi in ipso cadendi periculo rece-	pisti. Cito itaque ad soliditatem rediit Petrus, tanquam recipiens fortitudinem; ut qui tunc in Christi expaverat passione, in suo post supplicio non timeret, sed constans permaneret.
---	---

## CAPUT XXVII.

<i>Mane autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum et seniores populi adversus Jesum, ut eum morti traderent : et vincitum adduxerunt eum, et tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Tunc videns Judas qui eum tradidit, quod damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus dicens : Peccavi tradens sanguinem justum. At illi dixerunt : Quid ad nos ? Tu videris. Et pro-</i>	<i>jectis argenteis in templo, recessit, et abiens laqueo se suspendit.</i>  AUG., <i>De con. Evang.</i> (lib. 3, cap. 7). Contexuerat superius Evangelista narrationem in his quæ cum Domino facta sunt usque ad mane : sed postea rediit ad narrandam Petri negationem : qua terminata rediit ad mane, ut inde cætera contexeret. Et hoc est quod dicitur : Mane autem facto,
--	---

terminé cette narration, qu'il reprend son récit au matin pour le continuer : « Le matin étant venu, tous les princes des prêtres, et tous les anciens du peuple tinrent conseil contre Jésus pour le faire mourir. » — ORIG. — Croyant, par sa mort, éteindre son enseignement et la foi en ceux qui avaient cru en lui comme étant Fils de Dieu. Ayant de tels projets contre lui, ils le lièrent, lui qui délie les liens des autres (1). « Et l'ayant lié, ils l'emmenèrent et le livrèrent à Ponce-Pilate, président. » — S. JÉR. — Voyez le soin des prêtres : ils passent toute la nuit à méditer les moyens iniques de commettre cet homicide, et le matin ils envoient Jésus à Pilate après l'avoir chargé de liens, d'après leur habitude, qui était de livrer chargé de liens, au juge, celui qu'ils avaient désigné à la peine capitale. — RAB. — Cependant il faut remarquer qu'ils ne le lièrent pas alors, mais aussitôt qu'ils s'en furent emparés dans le jardin, ainsi que le raconte saint Jean (2). — S. CHRYS. — Ils ne le tuèrent pas en cachette, parce qu'ils voulaient détruire sa gloire, car plusieurs l'admiraient. C'est pour cela qu'ils s'efforcèrent de le tuer en public et devant tous, et qu'ils l'emmenèrent au proconsul.

S. JÉR. — Or, Judas, voyant le Sauveur désigné à la mort, rapporta aux prêtres l'argent dont on l'avait payé, comme s'il était en son pouvoir de changer la sentence des persécuteurs. « Alors Judas qui le livra, voyant qu'il était condamné, mû de repentir, rapporta les trente pièces d'argent aux princes des prêtres et aux anciens du peuple, en disant : J'ai péché en livrant le sang du juste. »

(1) Isaïe, 61, v. 1 ; Luc, 4.

(2) « La cohorte et le tribun et les valets des Juifs s'emparèrent de Jésus et le lièrent » (Jean, 12).

consilium inierunt omnes principes sacerdotum et seniores populi adversus Jesum, ut eum morti traderent. ORIG. (ut sup.). Putantes per mortem extinguere ejus doctrinam et fidem apud eos qui crediderunt in eum, quasi in Filium Dei. Talia autem contra eum consiliantes alligaverunt Jesum solventem a vinculis : unde sequitur : Et vinctum adduxerunt eum, et tradiderunt Pontio Pilato præsidi. HIER. Vide sollicitudinem sacerdotum : in malum tota nocte vigilarunt, ut homicidium facerent, et vinctum tradiderunt Pilato : habebant enim hunc morem ut quem adjudicassent morti, ligatum judici traderent. RAB. Attamen notandum quod non tunc primum ligaverunt, sed mox comprehensum in horto ut Joan-

nes declarat (cap. 18). CHRYS., in hom. (86, ut sup.). Ideo autem eum non occulte interfecerunt, quia volebant ejus gloriæ detrudere : multi enim eum admirabantur ; propter hoc studuerunt publice et coram omnibus eum occidere ; et ideo ad præsidem eum duxerunt.

HIER. Videns autem Judas Dominum adjudicatum morti, pretium retulit sacerdotibus, quasi in potestate sua esset persecutorum mutare sententiam : unde sequitur : Tunc videns Judas qui tradidit eum quod damnatus esset, penitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus populi, dicens : Pecavi, tradens sanguinem justum.

ORIG. (ut sup.). Respondeant mihi qui

ORIG. — Que ceux qui imaginent des fables sur les deux espèces de natures différentes (1) disent d'où est venu le mouvement de Judas qui, après avoir reconnu son péché, s'écrie : « J'ai péché, livrant le sang du juste, » si ce n'est du bon plant de l'âme et de cette semence de vertu qui a été jetée en toute âme raisonnable, plant et semence que Judas ne cultiva pas, ce qui le fit tomber en un tel péché. S'il est des hommes d'une nature faite pour se perdre, qui a plus appartenu à cette nature que Judas? — Si Judas avait adressé ces paroles au conseil des Juifs après la résurrection de Jésus, on pourrait dire que c'est l'efficacité de la résurrection qui l'a ainsi porté à se repentir; mais c'est au moment qu'il le voit livré à Pilate. C'est que peut-être il se rappelle ce que Jésus a souvent dit de sa future résurrection. — Peut-être que Satan, qui était entré en lui, le poussa jusqu'à ce qu'il eût livré Jésus à Pilate; mais après avoir obtenu ce qu'il voulait, Satan se retira, et c'est au moment où il se retirait, que le repentir put avoir accès en lui. Mais comment Judas put-il voir que Jésus était condamné? Pilate ne l'avait pas encore interrogé. L'on pourrait peut-être dire que, le voyant trahi, il vit dans les intuitions de son esprit l'issue de cette affaire. L'on pourrait dire aussi peut-être que ces mots : « Judas voyant qu'il était condamné, » se rapportent non pas à Jésus, mais à Judas lui-même, dans ce sens qu'il sentit le mal qu'il venait de commettre, et se sentit ainsi condamné (2). — S. LÉON. — En disant : « J'ai péché, en livrant le sang du juste, » il persiste dans la perfidie de son impiété, en continuant à croire, jusque dans les périls extrêmes de la mort,

(1) Les natures essentiellement bonnes et les natures essentiellement mauvaises.

(2) Ceci est vraiment forcé et détourné du sens véritable.

de naturis quasdam fabulas introduunt, unde est, quod Judas cognoscens peccatum suum dixit : Peccavi, tradens sanguinem justum, nisi ex bona plantatione mentis et seminatione virtutis, quæ seminata est in omni rationabili anima; quam non coluit Judas, et ideo cecidit in tale peccatum. Si autem naturæ pereuntis est aliquis hominum, magis hujus naturæ fuit Judas. Et siquidem post resurrectionem Christi hoc dixisset Judas, forsitan erat dicendum quoniam compulsi cum pœnitere de peccato ipsa virtus resurrectionis : nunc autem videns eum traditum esse Pilato, pœnituit; forsitan recordatus quæ frequenter Jesus dixerat de sua resurrectione futura. Forsi-

tan et Satanus, qui ingressus in eum fuerat, præsto fuit ei donec Jesus traderetur Pilato : postquam autem fecit quod voluit, recessit ab eo; quo recedente, pœnitentiam capere potuit. Sed quomodo vidit Judas quoniam condemnatus est? nondum enim a Pilato fuerat interrogatus. Forsitan dicet aliquis quoniam consideratione mentis suæ vidit exitum rei, ex eo quod traditum aspexit. Alius autem dicet quoniam quod scriptum est : Videns Judas quia condemnatus est, ad ipsum Judam refertur : tunc enim sensit malum suum et intellexit se condemnatum. LEO Papa (serm. 1 *De pass.* versus finem). Dicendo tamen : Peccavi, tradens sanguinem justum, in impietatis

que Jésus n'était pas le Fils de Dieu, mais seulement un homme de notre condition; il aurait fléchi sa miséricorde s'il n'avait pas nié sa toute-puissance. — S. CHRYS. — Remarquez qu'il se repentit lorsque son péché était accompli et avait eu tous ses effets. Le diable ne laisse pas à ceux qui ne sont pas vigilants de voir le mal avant qu'ils l'aient consommé.

« Et ils lui disent : Qu'est-ce que cela nous fait? C'est votre affaire. » — REM. — C'est comme s'ils disaient : Que nous importe qu'il soit juste? Pour vous, vous verrez, c'est-à-dire votre œuvre se révélera dans sa vérité. D'autres veulent qu'il y ait ces mots sous-entendus : A nos yeux, en cette manière : « Que paraissez-vous à nos yeux? » c'est-à-dire, que voulez-vous que nous pensions de vous, vous qui venez confesser juste celui que vous avez livré.

ORIG. — Le diable, en se retirant d'un homme, étudie son moment, et après avoir découvert l'instant favorable et l'avoir entraîné dans le péché, il observe une troisième occasion pour le tromper. C'est ainsi qu'en ce Corinthien qui, profanateur d'abord de la femme de son père, s'en repentit ensuite, il développa la tristesse jusqu'à l'excès, de manière à absorber cet infortuné. C'est quelque chose de semblable qui arrive à Judas, car après s'être repenti, il ne sut pas contenir son cœur, et il y reçut cette tristesse trop abondante que le diable lui suggéra pour l'envelopper tout-à-fait. « Et partant, il alla se pendre. » S'il eût cherché à se repentir, et qu'il eût épié le moment de la conversion, il aurait sans doute rencontré celui qui dit : « Je ne veux pas

[1] Pour comprendre ces deux nuances, il faut faire venir *videns*, dans le premier cas, de *videtur*, et de *video* dans le second.

sue perfidia perstitit, qui Jesum, non Dei Filium, sed nostræ tantummodo conditionis hominem etiam inter extrema mortis sue pericula credidit; cujus flexisset misericordiam, si ejus omnipotentiam non negasset. CHRYS., in homil. (86, ut sup.). Vide autem quoniam pœnitentiam agit, quando completum est et finem accepit peccatum. Non enim permittit diabolus eos qui non vigilant, videre malum antequam perficiant.

Sequitur : At illi dixerunt : Quid ad nos? Tu videris. REMIG. Ac si dicant : Qui ad nos pertinet si justus est? Tu videris; id est, opus tuum quale sit manifestabitur. Quidam autem conjunctim voluerunt legere hæc verba (Quid ad nos tu videris), ut sit

sensus, cujus æstimationis deputaris apud nos, qui eum, quem tradidisti, justum confiteris?

ORIG. (ut sup.). Recedens autem ab aliquo diabolus, observat iterum tempus, et postquam cognoverit et ad secundum peccatum induxerit, observat etiam tertiæ deceptionis locum. Sicut ille qui primo uxorem patris habuit, de hoc malo postea pœnituit : sed postea diabolus voluit hanc ipsam tristitiam supra modum exaggerare, ut ipsa tristitia abundantior facta absorberet tristantem. Simile aliquid factum est in Juda : postquam enim pœnituit, non servavit cor suum, sed suscepit abundantioris tristitiam a diabolo sibi submissam, qua voluit eum absorbere : unde sequitur : Et



la mort du pécheur. » — Ou bien qu'il pensa peut-être à devancer son maître dans la tombe, et à aller à son devant avec son âme dépouillée par la mort, pour mériter son pardon par ses aveux et par ses prières, et il ne comprit pas que le serviteur de Dieu ne doit pas se jeter lui-même hors de cette vie, mais qu'il doit attendre le jugement de Dieu.

— RAB. — Ou bien il se pendit pour témoigner qu'il était à charge au ciel et à la terre. — S. AUG. — Mais les princes des prêtres étant occupés du matin jusqu'à la neuvième heure à la mort du Seigneur, comment peut-on trouver le moment où Judas leur aurait rapporté, dans le temple, le prix du sang avant la mort du Sauveur, en leur disant : « J'ai péché en vous livrant le sang du juste? » Il est constant que les princes des prêtres et les anciens ne se trouvaient pas dans le temple avant la mort du Sauveur, et ce qui en est surtout la preuve, c'est qu'ils lui insultaient sur la croix. D'ailleurs on ne peut pas le conclure de ce que ce fait est raconté avant ceux de la passion de notre Seigneur, car il est certain qu'il y a beaucoup de faits que l'on peut prouver s'être passés les premiers quoique étant racontés les derniers. L'on pourrait peut-être dire que le fait a eu lieu après la neuvième heure : Judas en voyant le sauveur Jésus tué, le voile du temple déchiré, la terre tremblante, les rochers brisés, les éléments effrayés, aurait ressenti lui-même, saisi par la crainte, la douleur de son crime; mais je pense qu'après la neuvième heure, les anciens et les princes des prêtres étaient occupés à la célébration de la pâque. D'ailleurs il n'était pas permis, au jour du sabbat de porter de l'argent. D'où je conclus qu'il n'est point vraisemblable que l'on puisse savoir le jour ou plutôt le moment où Judas finit sa vie en se pendant.

---

abiens laqueo se suspendit. Si autem locum pœnitentiæ requisisset, et tempus pœnitentiæ observasset, forsitan invenisset eum qui dixit (*Ezech.*, 33, v. 11) : Nolo mortem peccatoris. Vel forte æstimavit prævenire magistrum moriturum, et occurrere ei cum anima nuda, ut confitens et deprecans, misericordiam mereretur; nec vidit quia non convenit servum Dei seipsum expellere, de hac vita, sed expectare Dei judicium. RAB. Suspendit autem se laqueo, ut se ostenderet cœlo terræque perosum. AUG., *De nov. et vet. Testamento*. Sed occupatis principibus sacerdotum ad necem Domini a mane usque ad horam nonam, quomodo Judas eis retulisse pretium sanguinis quod acceperat, ante crucem Domini probatur, et dixisse illis in templo : Peccavi, quod tradide-

rim sanguinem justum? Cum constet omnes principes et seniores ante passionem Domini non fuisse in templo : quippe cum in cruce posito insultarent ei : nec enim inde potest probari, quia ante passionem Domini relatam est, cum sint multa quæ ante facta probantur, et novissima ordinantur. Sed ne forte post horam nonam factum sit, ut videns Judas occisum Salvatorem, et ob hoc velum templi scissum, terram tremuisse, saxa scissa, elementa conterrita, ipso metu correctus doluerit : sed post horam nonam occupati erant (ut existimo) seniores et principes sacerdotum ad celebrationem Paschæ : sabbato autem secundum legem non licet nummos portare; ac per hoc non est probabile apud me, quo die (imo quo tempore) laqueo vitam finierit Judas.

*Mais les princes des prêtres, ayant pris l'argent, dirent : Il ne nous est pas permis de le mettre dans le trésor, parce que c'est le prix du sang. Et ayant délibéré là-dessus, il en achetèrent le champ d'un potier pour la sépulture des étrangers. C'est pour cela que ce champ est appelé encore aujourd'hui Haceldama, c'est-à-dire le Champ du Sang. Ainsi fut accomplie cette parole du prophète Jérémie : Ils ont reçu les trente pièces d'argent qui étaient le prix de celui qui a été mis à prix, et dont ils avaient fait le marché avec les enfants d'Israël; et ils les ont données pour en acheter le champ d'un potier, comme le Seigneur me l'a ordonné.*

S. CHRYS. — Les princes des prêtres se condamnèrent par leur propre aveu du moment où ils reconnurent qu'ils avaient acheté le sang : « Les princes des prêtres, ayant reçu les pièces d'argent, dirent : Il ne nous est pas permis de le mettre dans le trésor, parce que c'est le prix du sang. » — S. JÉR. — Ce sont là vraiment ceux qui craignent d'avaler un moucheron, et qui avalent un chameau ! Puisqu'ils craignent de mettre l'argent dans le trésor du temple et de le mêler aux offrandes sacrées, sous prétexte qu'il est le prix du sang, pourquoi n'ont-ils pas eu horreur de l'effusion elle-même de ce sang ?

ORIG. — Ils jugeaient que le meilleur emploi de cet argent était de le consacrer aux morts, puisqu'il était lui-même le prix du sang. Mais comme il est une distinction même entre les demeures des morts, ils employèrent l'argent du sang de Jésus à l'achat du champ d'un potier, pour y ensevelir les étrangers qui ne peuvent, suivant leurs désirs, être ensevelis dans les tombeaux de leurs aïeux : « Et ayant délibéré là-dessus, ils achetèrent avec cet argent le champ d'un potier pour la sépulture des étrangers. » — S. AUG. — Je pense

*Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt : Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum : propter hoc vocatus est ager ille Acheldema, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem : Et acciperunt triginta argenteos pretium appetiati, quem appetiaverunt a filiis Israel, et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.*

CHRYS., in homil. (86, ut sup.). Quia principes sacerdotum noverant quod occasionem emerant, a propria conscientia condemnati fuerunt; et ad hoc ostendendum subdit Evangelista : Principes autem

*Sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt : Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est. HIER. Vere culicem liquantes, et camelum glutientes : si enim ideo non mittunt pecuniam in corbonam (hoc est, in gazophylacium, et dona Dei), quia pretium sanguinis est, cur ipse sanguis effunditur ?*

ORIG. (ut sup.). Videbant autem quoniam circa mortuos magis eam pecuniam conveniebat expendi, quia pretium sanguinis erat : sed quia et inter loca mortuorum sunt differentiae, usi sunt pretio sanguinis Jesu ad comparationem agri figuli alicujus, ut in eo peregrini sepeliantur, non secundum votum suum in monumentis paternis : unde sequitur : Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. AUG., in serm. De can.

que c'est par un effet particulier de la Providence divine que le prix du Sauveur ne serve pas à l'usage des pécheurs, mais au repos des étrangers, afin que le Christ ait ainsi racheté les vivants par sa passion sanglante, et ait reçu les morts entre les bras de la même passion. Le champ du potier est donc acheté avec le prix du sang du Seigneur, et c'est ainsi que nous lisons dans les Écritures que le genre humain tout entier a été racheté par le sang du Sauveur. Par *ce champ* il faut donc entendre le monde entier, et *ce potier* capable de posséder ce champ sera celui qui a fait du limon de la terre les vases de notre corps. C'est ce champ du potier qui a été acheté par le sang du Christ, et c'est, dis-je, aux étrangers, qui étaient promenés par leur exil sur toute l'étendue de la terre, sans famille et sans patrie, que le repos a été préparé par le sang du Christ. Nous disons que ces voyageurs sont les chrétiens pieux qui, renonçant au siècle, et ne possédant rien dans le monde, reposent dans le sang du Christ. Le Christ enseveli, tel est le repos du chrétien, d'après cette parole de l'Apôtre : « Nous avons été ensevelis avec lui dans la mort par le baptême. » Nous sommes donc pèlerins en ce monde, et c'est comme étrangers que nous vivons dans cette lumière. — S. JÉR. — C'est parce que nous étions étrangers à la loi et aux prophètes que nous avons reçu notre salut des passions perverses des Juifs. — ORIG. — Ou bien, nous appelons étrangers ceux qui jusqu'à la fin sont étrangers à Dieu; car si les justes ont été ensevelis avec le Christ dans le sépulcre neuf, qui lui fut offert dans le rocher, ceux qui sont jusqu'à la fin étrangers à Dieu sont ensevelis dans le champ de ce potier qui travaille la houe, champ qui a été

*Domini. Providentia autem Dei factum puto, ut pretium Salvatoris, non peccatoribus sumptum præbeat, sed peregrinis requiem subministret; ut jam exinde Christus et vivos sanguinis sui passione redimat, et mortuos pretiosa passione suscipiat. Pretio ergo dominici sanguinis ager figuli comparatur. Legimus in Scripturis quod totius generis humani salus redempta sit sanguine Salvatoris. Ager ergo iste mundus hic totus est: figulus autem, qui mundi possit habere dominatum, ipse est qui vascula corporis nostri fecit de limo. Istius itaque figuli ager, Christi sanguine emptus est; peregrinis, inquam, qui sine domo et patria, toto orbe exules jactabantur. requies Christi sanguine providetur. Istos autem peregrinos esse dicimus devotissimos Christianos, qui renuntiantes seculo, et*

*nihil possidentes in mundo, in Christi sanguine requiescunt: sepultura enim Christi nihil aliud est quam requies Christiani: consepulti enim sumus, sicut ait Apostolus (Rom., 6) cum illo per baptismum in morte. Nos ergo peregrini in hoc mundo sumus, et tanquam hospites in hac luce versamur. HÆR. Qui etiam peregrini eramus a lege et prophetis, prava Judæorum studia suscepimus in salutem. ORIG. (ut sup.). Vel peregrinos dicimus, qui usque ad finem extranei sunt a Deo: nam justis consepulti sunt Christo in monumento novo quod excisum est in petra: qui autem alieni sunt a Deo usque ad finem, sepulti sunt in agro figuli operantis lutum, qui pretio sanguinis est comparatus, et ager sanguinis nominatur: unde sequitur: Propter hoc vocatus est ager ille Acheldema; hoc est, ager*

acheté avec la solde du sang, et qui est appelé pour cela *le champ du sang* : « C'est pour cela que ce champ a été appelé Aceldama (1) jusqu'à ce jour, c'est-à-dire le champ du sang. » — LA GLOSE. — Ce qu'il faut rapporter au temps où l'évangéliste écrivait. — Ensuite, il confirme le même fait par les paroles du prophète : « Alors fut accompli ce qui a été dit par le prophète Jérémie, disant : Ils ont reçu trente pièces d'argent, prix de celui qui a été mis à prix, et dont ils avaient fait le marché avec les enfants d'Israël, et ils les ont données pour acheter le champ d'un potier, ainsi que le Seigneur me l'avait ordonné. » — S. JÉR. — L'on ne trouve plus cela en aucune façon dans Jérémie, mais l'on trouve quelque chose de semblable pour le sens, toutefois avec des expressions et une contexture différentes, dans le prophète Zacharie, qui est le dernier des douze prophètes. — S. AUG. — Si quelqu'un voulait en tirer cette conclusion qu'il doit refuser à cause de cela de croire à l'Évangile, qu'il se rappelle d'abord que tous les exemplaires de l'Évangile ne portent pas *par le prophète Jérémie*, quelques-uns portant simplement : par le prophète. Mais cette réponse n'est pas de mon goût ; car il est un grand nombre d'exemplaires qui portent *par le prophète Jérémie*, et ce sont les exemplaires les plus anciens. D'ailleurs, il n'y avait aucune raison qui pût engager à ajouter ce nom et à corrompre ainsi le texte, tandis qu'il y avait une raison à ce qu'il fût enlevé et à ce que son audacieuse maladresse le tentât, troublée qu'elle était par la disposition du texte primitif. Or, il a pu arriver que Matthieu, écrivant cet évangile, le nom de Jérémie se soit présenté à sa mémoire à la place de celui de Zacharie, ainsi que cela arrive souvent, ce qu'il aurait cer-

(1) Dans les textes les plus purs l'on trouve *Haceldama*.

sanguinis, usque in hodiernum diem. GLOS. Quod referendum est ad tempus quo Evangelista hoc scripsit.

Deinde confirmat idem prophetico testimonio, dicens : Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem : Et acceperunt triginta argenteos pretium appetiati, quem appetiaverunt a filiis Israel, et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. HIER. Hoc in Hieremia penitus non invenitur, sed in Zacharia (qui penultimus est duodecim prophetarum) quædam similitudo refertur (cap. 11, v. 12), et quanquam sensus non multum discrepet, tamen ordo et verba diversa sunt. AUG., *De cons. Evang.* [lib. 3,

cap. 7]. Si quis ergo putat ideo fidei Evangelistæ aliquid derogandum, primo noverit, non omnes codices Evangeliorum habere quod per Hieremiam dictum sit, sed tantummodo per prophetam. Mihi autem hæc non placet defensio ; quia et plures codices habent Hieremiæ nomen, et antiquiores ; et nulli fuit causa cur adderetur hoc nomen, et mendositas fieret. Cur autem tolleretur, fuit utique causa, ut hoc audax imperitia faceret, prædicta quæstione turbata. Potuit autem fieri ut animo Matthæi Evangelium scribentis, pro Zacharia Hieremias occurreret (ut fieri solet), quod tamen sine illa dubitatione emendaret (saltem ab his admonitus qui ipse adhuc in carne

tainement corrigé sur l'avis qui lui aurait été donné de cette inadvertance par ses contemporains, s'il n'avait pas pensé que ce nom ne s'était présenté pour un autre, au moment où il écrivait sous l'inspiration de l'Esprit-Saint, que parce que le Seigneur l'avait ainsi établi. Que le Seigneur l'eût ainsi établi, la première raison en est, ainsi qu'il l'insinue, que tous les prophètes écrivant sous l'inspiration du même esprit, et étant unis entre eux par une admirable entente, il en résulte une plus haute conviction que si l'on démontrait que les paroles des divers prophètes appartiennent toutes aux lèvres du même prophète; il en résulte aussi que l'on doit considérer toutes les paroles que l'Esprit-Saint a prononcées par leur bouche comme si chacune d'elles appartenait à tous, et toutes à chacun d'eux. Si, encore aujourd'hui, quelqu'un, en citant les paroles d'un autre, au lieu de donner le nom de celui qu'il cite donne le nom d'un de ses amis avec lequel il est tellement lié que ce dernier accepterait tout ce qui tombe de ses lèvres, et que voyant qu'il s'est trompé de nom il se reprenne en ajoutant toutefois : « Mais j'ai bien dit, » par la connaissance qu'il a de l'union qui existe entre les deux amis, combien plus cela est-il vrai appliqué aux saints prophètes? D'ailleurs, il est une autre raison pour laquelle l'Esprit-Saint ait permis ou plutôt ait voulu que le nom de Jérémie ait été mis à la place de celui de Zacharie. On lit dans Jérémie qu'il acheta un champ de son frère, et qu'il lui en donna l'argent (1), non pas toutefois avec cette indication de trente pièces d'argent que l'on trouve dans Zacharie. Il est évident que l'évangéliste, dans son interprétation, aura appliqué au Sauveur ce qui est dit des trente pièces

(1) « Dix pièces d'argent et sept sicles » (Jérémie, 32, 9).

---

<p>vivente hæc legere potuerunt), nisi cogitaret recordationi suæ, quæ Spiritu Sancto regebatur, non occurrisset aliud pro alio nomen prophetæ, nisi quia Dominus hoc ita scribi constituit. Cur autem constituerit, prima causa est, quia sic insinuat, ita omnes prophetas (uno spiritu locutos) mirabili inter se consensione constare, ut hoc multo amplius sit, quam si omnium verba prophetarum uno unius hominis ore demonstrarentur : et ideo indubitanter accipi debent, quæcunque per eos Spiritus Sanctus dixit, et singula esse omnium, et omnia singulorum : si enim hodie quisquam volens alicujus verba indicare, dicat nomen alterius a quo dicta sunt qui tamen sit</p>	<p>amicissimus illius, cujus verba dicere voluit, et continuo recordatus alium pro alio se dixisse, ita se corrigat, ut tamen dicat: Bene dixi, nihil aliud intuens nisi inter ambos esse concordiam, quanto magis de prophetis sanctis hoc commendandum fuit? Est etiam alia causa cur hoc nomen Hieremiæ in testimonio Zachariæ sit manere permissum, vel potius Sancti Spiritus auctoritate præceptum sit. Est apud Hieremiam (cap. 32) quod emerit agrum a filio fratris sui, et dederit ei argentum, non quidem sub hoc nomine pretii, quod positum est apud Zachariam triginta argenteis. Quod autem prophetiam de triginta argenteis ad hoc interpretatus sit Evangelista, quod modo</p>
--	---

d'argent. Mais, comme au sens mystique, ce que Jérémie dit de ce champ acheté peut aussi s'entendre de ce passage, l'évangéliste a pu, négligeant de citer Zacharie, qui parle des trente pièces d'argent, citer Jérémie, qui parle du champ acheté; en telle sorte, que le lecteur de l'Évangile, en voyant cité Jérémie, et n'y trouvant rien sur les *trente pièces d'argent*, mais y trouvant seulement ce qui concerne le *champ acheté*, soit averti par là que ces deux passages différents des prophètes se rapportent ici, et expliquent, dans le sens de la passion du Seigneur, ce que dit Jérémie. D'ailleurs, ce passage de Matthieu : « Et dont ils avaient fait le marché avec les enfants d'Israël, et ils les donnèrent pour le champ du potier, ainsi que le Seigneur l'a établi, » ne se trouve ni dans Jérémie ni dans Zacharie. D'où nous devons conclure que c'est bien plutôt dans un sens mystique et non d'une manière littérale que cette citation a été rédigée par l'évangéliste lui-même, sous l'inspiration du Seigneur qui lui découvrait que ce passage du prophète concernait la vérité du Christ.

S. JÉR. — Loin de nous cette pensée que l'on puisse convaincre d'erreur le serviteur du Christ préoccupé du sens dogmatique et non des mots et des syllabes. — S. JÉR. — J'ai lu dernièrement en un Jérémie apocryphe qu'un Juif de la secte des Nazaréens m'avait procuré, et j'y ai trouvé le mot à mot de cette citation. Mais il me paraît plus vraisemblable que cette citation a été empruntée au prophète Zacharie, à la manière ordinaire des évangélistes et des prophètes, qui, sans tenir compte de l'arrangement des mots, ne citent que le sens de l'Ancien-Testament.

de Domino completum est, manifestum est: sed ad hoc pertinere etiam illud de agro empto, quod Hieremias dicit, hinc potest mystice significari, ut non hic Zachariæ nomen poneretur, qui dixit, triginta argenteis; sed Hieremiæ, qui dixit de agro empto: ut lecto Evangelio, atque invento nomine Hieremiæ, lecto autem Hieremiæ, et non invento testimonio de triginta argenteis, invento tamen agro empto, admonetur lector utrumque conferre, et inde sensum enucleare prophetiæ, quomodo pertinet ad hoc quod in domino completum est. Nam illud quod subiecit huic testimonio Matthæus, cum ait: Quem appetiaverunt a filiis Israel, et dederunt eos in agrum figuli, sicuti constituit mihi Dominus, nec apud Zachariam, nec apud Hieremiam reperitur. Unde magis ex persona Evange-

listæ accipiendum est eleganter et mystice insertum (vel interjectum esse), quia hoc ex Domini revelatione cognoverat, ad hanc rem quæ de Christi pretio facta est, hujusmodi pertinere prophetiam.

HIER., *De optimo genere interpretandi* (ad *Pammachium*, epist. 101). Absit ergo de pedissequo Christi quod possit argui de falso; cui cura fuit, non verba et syllabas aucupari, sed sententias dogmatum ponere. HIER., in *Matth.* Legi nuper in quodam hæbraico volumine, quod Nazarenæ sectæ mihi Hebræus contulit, Hieremiæ apocryphum, in quo hæc ad verbum scripta reperi; sed tamen mihi videtur magis de Zacharia sumptum testimonium, evangelistarum et apostolorum more vulgato, qui verborum ordine prætermisso, sensus tantum de veteri Testamento proferunt in exemplum.

*Or Jésus fut présenté devant le gouverneur, et le gouverneur l'interrogea en ces termes : Êtes-vous le roi des Juifs ? Jésus lui répondit : Vous le dites : je le suis. Et étant accusé par les princes des prêtres et les sénateurs, il ne répondit rien. Alors Pilate lui dit : N'entendez-vous pas de combien de choses ces personnes vous accusent ? Mais il ne répondit rien à ce qu'il lui put dire ; de sorte que le gouverneur en était tout étonné.*

S. AUG. — Après avoir achevé ce qu'il consacre au récit de la trahison de Judas, Matthieu reprend le fil de sa narration par ces mots : « Or, Jésus fut présenté devant le gouverneur. » — ORIG. — Le juge de toute créature (1), qui a reçu le pouvoir du Père lui-même, voyez combien il s'est humilié jusqu'à consentir de comparaître devant celui qui à cette époque était juge de la terre de Juda. Il lui est fait une question que probablement Pilate ne lui adresse pas sans sourire, ou du moins sans douter de sa vérité : « Et le proconsul l'interrogea, en disant : Vous êtes le roi des Juifs ? » — S. CHRYS. — Pilate fait tomber la question sur ce qui était le sujet continuel des accusations de ses ennemis. Or, ceux-ci sachant que Pilate n'avait nul souci des questions portant sur la loi, ils portent la question sur des faits du ressort de l'autorité publique. — ORIG. — C'est là ce que dit Pilate, et c'est conformément à cette première question qu'il fit écrire sur l'écriteau de la croix : *Roi des Juifs*. Or, Jésus répondant au prince des prêtres l'avait réfuté indirectement par ces mots : « Vous l'avez dit, » tandis qu'il se contente d'appuyer ce que dit Pilate en ajoutant : « Vous le dites. » —

(1) Le mot *créature* est mis ici dans le même sens que dans ce passage : « Allez, annoncez l'Évangile à toute créature, » c'est-à-dire pour l'homme.

*Jesus autem stetit ante præsidem, et interrogavit eum præses, dicens : Tu es Rex Judæorum ? Dicit illi Jesus : Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus, nihil respondit. Tunc dixit illi Pilatus : Non audis quanta adversum te dicunt testimonia ? Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur præses vehementer.*

AUG., *De cons. Evang.* (cap. 7 et 8). Finitis his quæ Matthæus de Juda proditore interposuit, ad ordinem narrationis revertitur dicens : Jesus autem stetit ante præsidem. ORIG. (ut sup.). Judex totius creaturæ constitutus a Patre, vide quantum se humiliavit, ut acquiesceret stare ante

judicem tunc terræ Judææ ; et interrogatus est interrogationem, quam forsitan deridens aut dubitans Pilatus interrogat. Unde sequitur : Et interrogavit eum præses dicens : Tu es Rex Judæorum ? CHRYS., in homil. (87, in Matth.). Id Pilatus interrogat, quod adversarii contra Christum continue revolvebant : quia enim sciebant Pilatum nullam curam facientem legalium, ad publicas accusationes rem deducunt. ORIG. (ut sup.). Vel pronuntiative hæc dixit Pilatus : unde et alibi scripsit in titulo (Joan., 18) : Rex Judæorum. Principi autem sacerdotum respondens : Tu dixisti, oblique arguit ejus dubitationem : Pilati vero sententiam confirmat pronuntiantis : unde sequitur : Dixit illi Jesus : Tu dicis. CHRYS., in homil.

S. CHRYS. — Il s'avoue roi, mais roi du ciel, ainsi que nous lisons plus clairement dans un autre évangile : « Mon royaume n'est pas de ce monde, » afin que Pilate et les Juifs ne soient pas excusables de revenir sur une question à laquelle il a ainsi répondu. — S. HIL. — Ou bien, il avait répondu à la question du pontife lui demandant s'il était le Christ : « Vous l'avez dit, » parce que le pontife avait appris de la loi que le Christ reste éternellement, tandis qu'il répond : « Vous le dites, » à ce proconsul ignorant de la loi, parce que le salut advient aux Gentils par la foi d'un aveu actuel. — S. JÉR. — Remarquez qu'il répond en partie à Pilate, qui portait la sentence malgré lui, tandis qu'il ne répond nullement aux anciens et aux princes des prêtres, les jugeant indignes de toute réponse : « Et accusé par les princes des prêtres et les anciens, il ne répond rien. » — S. AUG. — Luc nous apprend quels sont les crimes que déroula l'accusation, par ces mots : « Alors ils se mirent à l'accuser, en disant : Nous avons trouvé cet homme-ci révolutionnant notre nation, et empêchant de payer le tribut à César, et disant qu'il était lui-même le Christ-roi. » Peu importe à la vérité des faits l'ordre dans lequel ils sont rapportés, ainsi que peu importe que l'un taise ce que l'autre raconte. — ORIG. — Jésus accusé ne répond pas plus maintenant qu'il ne répondait alors, et le Verbe de Dieu ne se révèle pas à eux, ainsi qu'il s'était révélé autrefois aux prophètes. D'ailleurs, Pilate ne méritait pas de réponse ; car il n'avait pas un jugement arrêté et stable sur le Christ, mais il allait d'une opinion à l'autre. « Alors Pilate lui dit : Vous n'entendez pas combien de témoignages l'on dépose contre vous. » — S. JÉR. — C'est un païen celui

(87, ut sup.). Confessus est se esse Regem, sed celestem, ut in alio Evangelio manifestius legitur (Joan., 18) : Regnum meum (inquit) non est de hoc mundo; ut neque Judæi neque Pilatus excusationem habeant, huic accusationi insistentes. HILAR. (can. 32, in *Matth.*). Vel interroganti pontifici an ipse esset Jesus Christus, dixerat : Tu dixisti; quia semper futurum Christum ex lege ipse didicisset; huic vero legis ignaro interroganti an ipse esset Rex Judæorum, dicitur : Tu dicis, quia per fidem præsentis confessionis salus gentium est. HIER. Attende autem quod Pilato, qui invitus promebat sententiam, aliqua ex parte respondit; sacerdotibus autem et principibus sacerdotum respondere noluit, indignos eos suo sermone judicans : Et cum accusaretur

a principibus sacerdotum et senioribus, nihil respondit. AUG., *De cons. Evang.* (lib. 2, cap. 8). Lucas autem ipsa crimina, quæ accusantes objecerunt, aperuit : dicit enim : Cœperunt illum accusare dicentes : Hunc invenimus subvertentem gentem nostram, et prohibentem tributa dari Cæsari, et dicentem se Christum Regem esse. Nihil autem interest ad veritatem quo ordine ista retulerint; sicut nihil interest, si alius aliud tacet quod alius commemorat. ORIG. (ut sup.). Accusatus autem Jesus sicut tunc illis nihil respondit, sic nec modo; quia non fit eis verbum Dei sicut aliquando factum fuerat ad prophetas : sed neque dignum erat ut Pilato interroganti responderet, qui non habebat permanens et firmum de Christo iudicium, sed ad contraria trahere



qui se montre ainsi à nous, ne défendant pas Jésus, mais transportant sa cause au peuple des Juifs. — S. CHRYS. — Il parlait ainsi, parce qu'il voulait le délivrer et le forcer à se disculper. « Et il ne lui répondit rien à tout ce qu'il put lui dire, de sorte que le gouverneur en était tout étonné. » Quoique les faits leur eussent fourni plusieurs preuves de sa douceur, de son humilité, de sa vertu, cependant ils n'en faisaient pas moins éclater leur méchanceté contre lui, et ils le poursuivaient avec des desseins pervers. C'est pour cela qu'il ne leur répond rien; et s'il répond quelquefois, c'est en peu de mots, afin que l'on ne pût qualifier de parti pris son silence prolongé. — S. JÉR. — Ou bien, Jésus ne voulut rien répondre, pour ne pas différer le bien qui devait résulter de sa croix, en se faisant par sa justification mettre hors de cause par le gouverneur. — ORIG. — Or, le gouverneur admira sa constance, par la pensée qu'il avait de son pouvoir sur sa vie (1): Cependant il le voyait stable dans sa tranquille et calme sagesse, et dans sa fermeté imperturbable. Il l'admire vivement, et il regardait comme l'égal d'un grand miracle ce courage du Christ, qui, exposé à une sentence comme un criminel, restait inébranlable devant la mort, qui est considérée comme terrible par tous les hommes.

*Or le gouverneur avait accoutumé à toutes les fêtes de Pâque de délivrer celui des prisonniers que le peuple lui demandait; et il en avait alors un insigne, nommé Barrabas. Lorsqu'ils étaient donc tous rassemblés, Pilate leur dit : Lequel voulez-vous que je vous délivre, de Barrabas ou de Jésus qui est appelé Christ? Car il savait bien que c'était par envie qu'ils l'a-*

(1) « Vous ne me parlez pas? Vous ignorez donc que j'ai le pouvoir de vous crucifier? et que j'ai le pouvoir de vous renvoyer? » (Jean, 19, v. 10.)

batur : unde sequitur : Tunc dicit ei Pilatus : Non audis quanta adversum te dicunt testimonia. HIER. Gentilis quidem est qui contemnit Jesum, sed causam refert in populum Judæorum. CHRYS., in homil. (87, ut sup.). Ideo autem hoc dicebat, quia volebat eum liberare, dum se excusando responderet. Sequitur : Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur præses vehementer. Quia enim multas habentes demonstrationes ex ipsis rebus virtutis et mansuetudinis ejus et humilitatis, tamen in ipsum malignabantur, et perverso judicio agebantur contra ipsum, propter hoc nihil respondet, et si aliquando respondet, brevia quidem dicit, ne continua taciturnitate pertinaciæ opinio de ipso ac-

cipiatur. HIER. Vel ideo Jesus nihil respondere voluit ne crimen diluens dimitteretur a præside, et crucis utilitas differretur. ORIG. (ut sup.). Miratus est autem præses constantiam ejus; forsitan sciens quod idoneus esset pronuntiare crimen; et tamen videbat eum in tranquilla et quieta sapientia, et gravitate non turbabili stare : sed et vehementer miratur : dignum enim ei videbatur magno miraculo, ut exhibitus Christus ad criminale judicium, imperturbabilis staret ante mortem, quæ apud omnes homines terribilis æstimatur.

*Per diem autem solemnem consueverat præses populo dimittere unum vinctum quem voluissent. Habebat autem tunc unum vinc-*

valent livré entre ses mains. Cependant, lorsqu'il était assis sur son siège, sa femme lui envoya dire : Ne vous embarrassez point dans l'affaire de ce juste ; car j'ai été aujourd'hui étrangement tourmentée dans un songe à cause de lui. Mais les princes des prêtres et les sénateurs persuadèrent au peuple de demander Barabbas, et de faire périr Jésus. Le gouverneur leur ayant donc dit : Lequel des deux voulez-vous que je vous délivre ? Ils lui répondirent : Barabbas. Pilate leur dit : Que ferai-je de Jésus, qui est appelé Christ ? Ils lui répondirent tous : Qu'il soit crucifié. Le gouverneur leur dit : Mais quel mal a-t-il fait ? Et ils se mirent à crier encore plus fort, en disant : Qu'il soit crucifié. Pilate, voyant qu'il ne gagnait rien, mais que le tumulte s'excitait toujours de plus en plus, se fit apporter de l'eau, et, se lavant les mains devant le peuple, il leur dit : Je suis innocent du sang de ce juste : c'est à vous d'en répondre. Et tout le peuple lui répondit : Que son sang retombe sur nous et sur nos enfants. Alors il leur délivra Barabbas ; et ayant fait fouetter Jésus, il le remit entre leurs mains pour être crucifié.

S. CHRYS. — Comme Jésus n'avait rien répondu aux accusations des Juifs qui pût servir à Pilate à le renvoyer absous de ces accusations, il machina autre chose pour pouvoir le délivrer. « Ce gouverneur avait l'habitude, aux jours de fête, de délivrer au peuple le prisonnier qu'il lui demandait. » — ORIG. — C'est ainsi que ceux qui veulent soumettre une nation à leur joug leur accordent quelques bienfaits jusqu'à ce qu'ils aient tout-à-fait affermi ce joug. Cependant, l'on retrouve cette coutume de tout temps chez les Juifs, et c'est ainsi que Saül ne tua pas Jonathas à cause de la demande que tout le peuple lui fit de sa grâce.

S. CHRYS. — Il s'empara de cette coutume pour essayer par elle de sauver le Christ, et afin de ne pas laisser au peuple l'ombre d'excuse, il met en face de Jésus un manifeste homicide : « Il y avait alors un

tum insignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis dixit Pilatus : Quem vultis dimittam vobis, Barabbam, an Jesum qui dicitur Christus ? Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus dicens : Nihil tibi et justo illi : multa enim passa sum hodie per visum propter eum. Principes autem sacerdotum et seniores persuaserunt populo ut peterent Barabbam, Jesum vero perderent. Respondens autem præses, ait illis : Quem vultis vobis de duobus dimitti ? At illi dixerunt : Barabbam. Dicit illis Pilatus : Quid igitur faciam de Jesu qui dicitur Christus ? Dicunt omnes : Crucifigatur ! Ait illis præses : Quid enim mali fecit ? At illi magis clamabant, dicentes : Crucifigatur ! Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, lavit ma-

nus coram populo, dicens : Innocens ego sum a sanguine justis hujus ; vos videritis. Et respondens universus populus, dixit : Sanguis ejus super nos, et super filios nostros ! Tunc dimisit illis Barabbam ; Jesum autem flagellatum tradidit eis crucifigetur.

CHRYS., in homil. [87, ut sup.]. Quia Christus ad accusationem Judæorum nihil responderat, per quod posset eum Pilatus ab accusationibus Judæorum excusatum habere, aliud machinatur per quod eum liberare possit : unde dicitur : Per diem autem solemnem consueverat præses populo dimittere unum vincetum, quem voluissent. ORIG. (ut sup.). Sic enim quasdam gratias præstant gentes eis quos subjiciunt sibi, donec confirmetur super eos jugum ipsorum. Tamen consuetudo hæc aliquando fuit

tibus discipulis resurrectionem, non angeli potius quam Christi ore loquerentur : unde sequitur : Et exierunt cito de monumento cum timore et gaudio magno. AUG., *De cons. Evang.* (lib. 13, cap. 24). Egressæ autem dicuntur a monumento; hoc est, ab illo loco ubi erat horti spatium ante lapidem effossum. HIER. Duplex autem mentes mulierum tenebat affectus : timoris et gaudii; alter de miraculi magnitudine, alter ex desiderio resurgentis; ut tamen uterque semineum concitabat gradum : unde sequitur : Currentes nuntiare discipulis ejus : pergebant enim ad apostolos, ut per illos fidei seminarium spargeretur. Quæ autem sic quærebant, quæ ita currebant, merebantur obviam habere Dominum resurgentem : unde sequitur : Et ecce Jesus occurrit illis,

Je vous salue, afin que la malédiction portée contre Ève la femme soit détruite en les femmes.

SÉV. (1). — Dans ce fait, on trouve une figure complète et évidente de l'Église. Le Christ réprimande les disciples qui hésitent sur la vérité de sa résurrection, et donne du courage à ces femmes en les prévenant par l'ardeur de sa charité, sans les épouvanter par l'éclat de son pouvoir. C'est ainsi que le Christ va au devant de lui-même dans l'Église, nouveau corps qu'il s'est donné. — S. AUG. — Nous voyons que les femmes entendirent deux fois la parole des anges dans leur visite au tombeau, d'abord lorsqu'elles virent cet ange dont parlent Matthieu et Marc, et ensuite lorsqu'elles virent les deux dont parlent Luc et Jean ; de même pour le Seigneur, d'abord lorsque Marie le prit pour le jardinier, et maintenant, pour la seconde fois, lorsqu'il vient au devant des femmes dans le chemin pour les raffermir et les encourager par cette seconde visite. — SÉV. — La permission de toucher le Sauveur n'est pas accordée à Marie, et ici non-seulement la permission de le toucher, mais encore celle de le tenir, est pleinement accordée : « Puis elles s'approchèrent et embrassèrent ses pieds et l'adorèrent. » — RAB. — Il a été dit plus haut qu'il était ressuscité malgré le tombeau fermé, pour établir que ce corps, qui s'était couché mort dans le tombeau, était déjà immortel ; maintenant il offre ses pieds aux baisers des femmes pour montrer qu'il a vraiment une chair qui peut être touchée par les hommes. — SÉV. — Ces femmes tiennent embrassés les pieds du Christ, parce qu'elles sont, dans l'Église, la figure

(1) Ou plutôt dans Chrysologue, serm. 66. On a rétabli ici des passages qui manquaient dans le texte.

dicens : Avete. RAB. Per hoc ostendit se omnibus iter virtutum inchoantibus (ut ad salutem perpetua pervenire queant) adjuvando occurrere. HIER. Primæ mulieres merentur audire Avete, ut maledictum Evæ mulieris in mulieribus solveretur.

SEVER. In istis vero feminis Ecclesiæ figuram manere plenam evidenter ostenditur, quia discipulos suos Christus de resurrectione nutantes arguit, trepidantes firmat. Occurrens autem istis non potestate terret, sed prævenit charitatis ardore : Christus enim in Ecclesia se salutatur, quam suum recipit in corpus. AUG., *De cons. Evang.* (lib. 3, cap. 24). Colligimus et angelorum allocutionem bis numero eas habuisse venientes ad monumentum ; scilicet

cum viderunt unum angelum de quo narrat Matthæus et Marcus ; et cum postea viderunt duos, ut narrat Lucas et Joannes. Et similiter ipsius Domini bis : semel scilicet illic, quando Maria hortulanum putavit ; et nunc iterum cum eis occurrit in via, ut eas ipsa repetitione firmaret atque a timore recrearet. SEVER. (vel Chrysol., serm. 76, ut sup.). Sed ibi Maria nec tangendi datur facultas ; hic non solum tangendi, sed tenendi copia tota conceditur : unde sequitur : Illæ autem accesserunt, et tenuerunt pedes ejus, et adoraverunt eum. RAB. Superius quidem dictum est quia clauso monumento surrexit, ut immortale jam factum doceret esse corpus quod in monumento clausum fuerat mortuum : tenendos autem mulie-



de la prédication évangélique, et qu'elles ont mérité ce bonheur par leur visite au tombeau ; et elles étreignent ainsi par la foi les pieds de leur Sauveur pour parvenir à l'honneur de toute la divinité. C'est celle qui, sur la terre, pleure son Seigneur, qui mérite d'entendre ces mots : « Ne me touchez pas, » elle qui cherche comme mort, dans le sépulcre, celui qu'elle ne sait pas régner dans le ciel avec son Père. Il n'y a aucune difficulté en ce que ce soit la même Marie qui tantôt, placée au sommet de la foi, touche le Christ, l'étreint de toute la force de son amour, et tantôt, abattue sous le poids de la faiblesse de la chair, doute et ne mérite pas de toucher son Sauveur. Ici sa force est un symbole, là sa faiblesse annonce son sexe ; ici c'est la grâce divine, là l'humaine nature. Et c'est ainsi que nous tous, lorsque nous pratiquons des choses divines, nous vivons de Dieu ; et lorsque nous en pratiquons d'humaines, nous nous aveuglons de nos propres ténèbres. Elles touchèrent les pieds du Sauveur, constatant par là que c'est l'homme qui, dans le corps mystique du Christ, est la tête, et qu'elles ne sont qu'aux pieds, et qu'elles doivent suivre et non précéder le Christ, l'homme qui leur a été donné. Or, le Christ leur répète ce que l'ange leur a dit, afin qu'elles reçussent du Christ une augmentation de cette sécurité que l'ange leur avait communiquée.

« Alors Jésus leur dit : Ne tremblez pas. » — S. JÉR. — L'on peut remarquer ceci dans l'Ancien et le Nouveau-Testament, que toutes les fois qu'une vision auguste éclate, d'abord elle commence par bannir la crainte, afin que l'on entende avec une âme paisible ce qui va être dit. — S. HIL. — L'ordre de la cause principale revient ici pour les contraires, et ainsi que la mort avait commencé par la femme, ainsi, pa-

ribus nunc præbuit pedes, ut intimaret veram se carnem habere quæ a mortalibus tangi posset. SEVER. (vel Chrysol. rursum sicut sup.). Istæ quidem tenent pedes Christi, quæ in Ecclesia typum evangelicæ prædicationis tenent et merentur ex cursu, ac sic fide astringunt sui vestigia Salvatoris, ut totius Deitatis perveniant ad honorem : illa autem merito audit : Noli me tangere, quæ in terris deflet Dominum ; et sic in sepulcro quærit mortuum, ut in cælis eum nesciat regnare cum Patre. Quod ergo eadem Maria nunc in fidei vertice constituta tangit Christum, ac tenet toto sanctitatis affectu, nunc imbecillitate carnis et feminea infirmitate dejecta dubitat, et tactum sui non meretur auctoris, non facit quæstio-

nem : siquidem illud de figura est, hoc de sexu : illud est de divina gratia, hoc de humana natura : quia nos ipsi cum divina scimus, Deo vivimus ; cum humana sapiamus, cæcamur ex nobis. (Et serm. 80.) Tenuerunt autem pedes ejus, ut scirent in capite Christi virum esse ; se autem esse in pedibus Christi ; et datum sibi virum sequi non præire per Christum. Quod autem dixerat Angelus, dicit et Dominus, ut quas firmaverat Angelus, Christus redderet firmiores.

Sequitur : Tunc ait illis Jesus : Nolite timere. HIER. Et in veteri et in novo Testamento hoc semper observandum est, quod quando aliqua augustior apparuerit visio, primum timor pellatur : ut sic mente pla-

elle est rendue, soit par la vue, soit par l'ouïe, la gloire de la résurrection; et c'est pour cela que le Seigneur ajoute : « Allez annoncer à mes frères qu'ils aillent en Galilée; là ils me verront. » — SÉV. — Il appelle frères ceux qu'il a rendus ses parents par son humanité; frères ceux que, bienveillant héritier, il a faits ses cohéritiers; frères ceux qu'il a adoptés pour les enfants de son Père. — S. AUG. — Il n'y a point de fidèle qui ne soit porté à demander pourquoi le Seigneur avait ordonné, soit par l'ange, soit immédiatement lui-même, qu'on allât à son devant, non pas là où il a été vu d'abord, mais dans la Galilée où il a été vu plus tard. Il faut remarquer que le mot Galilée veut dire *transmigration* ou *révélation*. Or, dans le premier mot, *transmigration*, que peut-on entendre, si ce n'est que la grâce du Christ devait émigrer du peuple juif aux nations que n'aurait jamais pu féconder la parole des apôtres, si le Seigneur ne leur avait pas préparé la voie en allant à leur devant. C'est là ce que veulent dire ces mots : *Il vous précédera en Galilée*, tandis que ceux-ci : *là vous le verrez*, peuvent se traduire ainsi : Là vous trouverez ses membres; là vous reconnaîtrez son corps vivant en ceux qui vous recevront. Dans le sens du mot *révélation*, la Galilée signifie qu'il faut voir le Christ non plus dans la forme de serviteur, mais dans cette forme qui lui est commune avec le Père. Cette véritable révélation, ainsi qu'une véritable Galilée, aura lieu « lorsque nous lui serons semblables et que nous le verrons tel qu'il est. » Ce sera là aussi la plus heureuse transformation, celle de cette vie à l'éternité.

cata possint quæ dicuntur audiri. HILAR. (cant. ultim., ut sup.). In contrarium autem ordo causæ principalis est redditus, ut quia a sexu muliebri cœpta mors esset, ipsi primum resurrectionis gloria, et visus et nuntius, redderetur : unde Dominus subdit : Ite, nuntiate fratribus meis ut eant in Galilæam : ibi me videbunt. SEVER. (vel Chrysol. rursus serm. 80). Vocat fratres, quos corporis sui fecit esse germanos; vocat fratres, quos benignus hæres sibi præstitit cohæredes; vocat fratres quos Patri sui adoptavit in filios. AUG., *De cons. Evang.* (lib. 3, cap. ult.). Quod autem Dominus, non ubi primum se monstraturus erat, sed in Galilæa (ubi postea visus est) se videndum mandavit, et per Angelum, et per seipsum, quemvis fidelem facit intentum ad quærendum in quo mysterio dictum intelligitur. Galilæa namque interpretatur,

vel transmigratio, vel revelatio : prius itaque secundum transmigrationis significationem quid aliud occurrit intelligendum, nisi quia Christi gratia de populo Israel transinigratura erat ad gentes, quibus apostoli prædicantes Evangelium nullo modo crederent, nisi eis ipse Dominus viam in cordibus hominum præpararet? Et hoc intelligitur : Præcedet vos in Galilæam. Quod autem subditur : Ibi eum videbitis, sic intelligitur : id est, ibi membra ejus invenietis, ibi vivum corpus ejus in his qui vos susceperint, agnoscetis. Secundum autem quod Galilæa interpretatur revelatio, non jam in forma servi intelligendum est, sed in illa in qua æqualis est Patri : illa erit revelatio tanquam vera Galilæa cum similes ei erimus, et videmus eum sicuti est, ipsa etiam erit beatior transmigratio ex isto seculo in illam æternitatem.

*Pendant qu'elles y allaient, quelques-uns des gardes vinrent à la ville, et rapportèrent tout ce qui s'était passé aux princes des prêtres, qui, s'étant assemblés avec les sénateurs, et ayant délibéré ensemble, donnèrent une grande somme d'argent aux soldats, en leur disant : Dites que ses disciples sont venus la nuit, et ont dérobé son corps pendant que vous dormiez. Et si le gouverneur vient à le savoir, nous l'apaiserons, et nous vous mettrons en sûreté. Les soldats, ayant reçu cet argent, firent ce qu'on leur avait dit, et ce bruit qu'ils répandirent dure encore parmi les Juifs.*

S. CHRYS. — Des miracles qui eurent lieu à l'entour du Christ mourant et ressuscité, quelques-uns furent communs à tout l'univers, et ainsi des ténèbres; d'autres furent personnels aux gardes : ainsi le tremblement de terre et l'apparition des anges, pour les étonner et leur faire rendre hommage à la vérité. La vérité qui est répandue par ses adversaires n'en brille que davantage, et c'est là ce qui est arrivé : « Lorsqu'elles furent parties, voici que quelques-uns des gardes vinrent dans la cité et annoncèrent aux princes des prêtres, etc. » — RAB. — Souvent le défaut de culture de l'âme et sa simplicité lui font révéler la vérité sans fraude et telle qu'elle est, tandis que l'astucieuse malignité s'efforce de faire passer le faux pour le vrai en lui donnant les couleurs du vraisemblable. — S. JÉR. — Les princes des prêtres, qui auraient dû être par là ramenés au repentir et se mettre à la recherche de Jésus ressuscité, persévèrent dans leur malice, et, ainsi qu'auparavant ils s'étaient servis de l'argent du temple pour donner trente pièces d'argent au traître Judas, ils s'en servent maintenant pour racheter leur mensonge : « Et, s'étant rassemblés avec les an-

*Quæ cum abiissent, ecce quidam de custodibus venerunt in civitatem, et nuntiaverunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum senioribus, consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes : Dicite quia discipuli ejus de nocte venerunt, et furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a præside, nos suadebimus ei, et securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et divulgatum est verbum istud apud Judæos, usque in hodiernum diem.*

CHRYS., in homil. (91, in Matth.). Signorum quæ circa Christum apparuerunt, quædam fuerunt orbi terrarum communia (pnta tenebræ); quædam propria militibus

custodientibus, sicut mira Angeli apparitio et terræ motus; quæ propter milites facta sunt, ut stupeferent, et ab ipsis fiat testimonium veritatis. Veritas enim a contrariis divulgata magis refulget : quod et contigit : unde dicitur : Quæ cum abiissent (scilicet mulieres), ecce quidam de custodibus venerunt in civitatem, et nuntiaverunt principibus sacerdotum, etc. RAB. Simplex quidem animi qualitas et indocta hominum rusticitas, sæpe veritatem rei (uti est) sine fraude manifestat : at contra versuta malignitas falsitatem verisimilibus verbis pro vero commendare decertat. HIER. Principes ergo sacerdotum, qui debuerant converti ad pœnitentiam et Jesum quærere resurgentem, perseverant in malitia; et pecuniam quæ ad usus templi data fuerat, vertunt in

ciens, ils donnèrent une grande somme d'argent après avoir délibéré ensemble. » — SÉV. (1). — Ils ne se contentent pas d'avoir tué le maître, et ils concerterent comment ils pourront perdre les disciples, faisant rejaillir sur eux comme un crime la puissance du maître. Il est incontestable que les soldats avaient laissé perdre et que les Juifs avaient perdu leur victime, mais les disciples avaient enlevé leur maître, non par fraude, mais par la foi; non par un crime, mais par l'effet de la sainteté; non mort, mais vivant. — S. CHRYS. — Comment l'auraient-ils enlevé, les disciples, hommes pauvres et sans esprit, et qui n'osaient pas se montrer? S'ils s'enfuirent pendant que le Christ vivait, comment après sa mort n'auraient-ils pas redouté cette multitude de soldats? Est-ce qu'ils pouvaient déplacer la pierre du sépulcre? Car la pierre qui se dressait là était grande, demandant l'effort de plusieurs bras. D'ailleurs, est-ce qu'il n'y avait pas un sceau superposé? Pourquoi ne l'ont-ils pas enlevé la première nuit, lorsqu'il n'y avait aucune garde au tombeau? Car ce n'est que le samedi qu'ils demandèrent une garde à Pilate. D'ailleurs, que veulent dire ces suaires que Pierre vit gisants? S'ils avaient voulu enlever le corps, ils ne l'auraient pas enlevé tout nu, non-seulement pour éviter le reproche dû à un tel oubli, mais encore pour ne pas se laisser retarder en le dépouillant et pour ne pas donner ainsi aux soldats le moyen de s'emparer d'eux. Cela est d'autant plus vrai que la myrrhe qui se trouvait entre le corps et les draps étant gluante, rendait fort difficile d'arracher les draps du corps. C'est pourquoi tout ce qui a été dit sur cet enlève-

(1) Ou plutôt Chrysologue, serm. 50.

redemptionem mendacii, sicut et ante triginta argenteos Judæ dederunt proditori : unde sequitur : Et congregati cum senioribus, consilio accepto pecuniam copiosam dederunt, etc. SEVER. Non enim contenti sunt interfecisse magistrum, imo etiam quomodo discipulos perdere possint moliuntur; et discipulorum crimen esse faciunt, virtutem magistri. Plane amiserunt milites, perdidit Judæi; sed discipuli magistrum suum, non furto, sed fide; virtute, non fraude; sanctitate, non crimine; vivum, non mortuum, sustulerunt. CHRYS., in homil. [91, ut sup.]. Qualiter enim furarentur discipuli, homines pauperes et idiotæ, et neque apparere audentes? Si enim adhuc Christum vivum videntes fugerunt, qualiter mortuo eo non timuissent tot mi-

litum multitudinem? Nunquid ostium sepulcri poterant evertere? Nam lapis imminabat magnus, multis indigens manibus : nunquid etiam non erat sigillum superimpositum? Propter quid autem non furati sunt prima nocte, quando nullus sepulcro affuit? Sabbato enim petierunt a Pilato custodiam. Quid autem sibi volunt hæc sudaria, quæ Petrus vidit jacentia? Si enim vellent furari, non essent nudum corpus furati, non solum ne injuriarentur, sed ne etiam in exuendo tardarent, et tribuerent militibus se detinendi facultatem; maxime quia myrrha erat corpori et vestimentis affixa, ita glutinosa, ut non facile esset a corpore avellere vestimenta. Quare non persuasibilia sunt quæ de furto dicta sunt. Unde per quæ resurrectionem obumbrare

ment manque de probabilité, et tout ce que l'on a entassé pour le couvrir de ténèbres ne fait que le faire briller davantage ; car, en disant que les disciples ont enlevé Jésus, on confesse que le corps n'était plus dans le sépulcre, et la crainte des disciples, ainsi que la garde des soldats, démontre que l'enlèvement n'est que supposé. — RÉM. — Mais si les gardes dormaient, comment virent-ils le vol ? Et s'ils ne le virent pas, comment peuvent-ils servir de témoins ? C'est pourquoi ils n'atteignent pas le but qu'ils voulaient atteindre. — LA GLOSE (1). — Et, afin que la crainte du gouverneur ne les empêchât de mentir, car ils auraient pu craindre d'être punis comme négligents, ils ajoutèrent : « Et si le gouverneur en entend parler, nous l'apaiserons et vous serez à couvert. » — S. CHRYS. — Voyez-les donc tous pervertis : Pilate se taisant, le peuple juif dans l'agitation, les soldats corrompus : « Et, pour eux, recevant de l'argent, ils firent ainsi qu'on le leur avait appris. » Si l'argent a eu un tel ascendant sur le disciple que de le rendre traître, ne vous étonnez donc pas de voir l'argent corrompre les soldats. — S. HIL. — C'est ainsi que l'on achète avec de l'argent le silence sur la résurrection et l'invention de l'enlèvement ; car la gloire du Christ trouve sa contradiction dans l'éclat humain qui résulte de l'estime que l'on a pour l'argent.

RAB. — Ainsi que le crime du sang, qu'ils appelaient sur eux et sur leurs descendants par leurs imprécations, accable les Juifs du poids du péché ; ainsi, d'avoir acheté le mensonge qu'ils ont voulu opposer au fait de la résurrection, c'est une condamnation portée contre eux : « Et ce bruit qu'ils répandaient dure encore parmi les Juifs

(1) Ni dans la Glose ni ailleurs.

conantur, per hæc eam faciunt clarere : dicentes enim quod discipuli furati sunt, confitentur non esse corpus in sepulcro : furtum autem ostendit esse mendax, custodia militum et discipulorum pavor. REMIG. Sed si custodes dormierunt, quomodo furtum viderunt ? et, si non viderunt, quomodo testes fuerunt ? Et ideo quod voluerunt facere, non potuerunt. GLOSSA. Ne autem timore præsidis a mendacio revocarentur, timentes propter negligentiam puniri, subdunt : Et si hoc auditum fuerit a præside, nos suadebimus ei, et securos vos faciemus. CHRYS., in homil. (91, ut sup.). Vide omnes corruptos : Pilatus enim ipse persuasus est, plebs judaica commota est, milites corrupti sunt : unde sequitur : At illi

accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Si pecunia apud discipulum tantam virtutem ut eum faceret magistri proditorem, non mireris si pecunia milites superantur. HILAR. Emitur ergo resurrectionis silentium et mendacium furti argento ; quia honore scilicet et seculi, qui in pecunia est cupiditate, Christi gloria denegatur.

RAB. Sicut autem sanguinis reatus, quem sibi et posteris suis ipsi imprecabantur, gravi peccatorum sarcina illos premit, ita emptio mendacii, per quod resurrectionis denegant veritatem, reatu eos constringit perpetuo : unde sequitur : Et divulgatum est verbum istud apud Judæos usque in hodiernum diem. SEVER. [vel Chrysol. rursus serm. 76, prope finem.] Apud Judæos

jusqu'à cette heure. » — SÉV. — Parmi les Juifs et non parmi les chrétiens, et ce que l'or juif voulait obscurcir dans la Judée a été rendu brillant et éclatant par la foi dans tout l'univers. — S. HIL. — Tous ceux qui font abus de l'argent du temple ou de tout ce qui concourt au culte divin, en le détournant à d'autres usages, et pour servir à leurs désirs et à leurs plaisirs, tous ceux-là sont semblables aux scribes et aux prêtres achetant le mensonge et le sang du Christ.

*Or les onze disciples s'en allèrent en Galilée, sur la montagne où Jésus leur avait commandé de se trouver. Et le voyant là, ils l'adorèrent; quelques-uns néanmoins furent en doute. Mais Jésus, s'approchant, leur parla ainsi : Toute puissance m'a été donnée dans le ciel et sur la terre. Allez donc et instruisez tous les peuples, les baptisant au nom du Père, du Fils et du Saint-Esprit, et leur apprenant à observer toutes les choses que je vous ai commandées. Et assurez-vous que je serai toujours avec vous jusqu'à la consommation des siècles.*

BÈDE. — Après avoir affirmé la résurrection annoncée par l'ange, saint Matthieu raconte comment le Christ fut vu par ses disciples, en ces termes : « Les onze disciples s'en allèrent dans la Galilée, sur la montagne où Jésus leur avait ordonné de se trouver, » lorsque, allant à la mort, il leur avait dit : « Après que je serai ressuscité, je vous précéderai en Galilée » (1). L'ange avait dit aussi aux femmes : « Dites aux disciples qu'il vous précédera en Galilée. » C'est donc à un ordre du maître que les disciples obéirent ainsi. C'est avec raison qu'il n'est compté que onze disciples parmi ceux qui vont l'adorer, car déjà il en avait péri un, celui qui avait trahi son Seigneur et son maître.

(1) Matth., 26, v. 32 ; Marc., 14, v. 28.

quidem divulgatum est, non apud Christianos : quod enim in Judæa Judæus obscurabat auro, fide toto claruit et eluxit in mundo. HILAR. Omnes autem qui stipe templi, et his quæ conferuntur ad usus Ecclesiæ, abutuntur in aliis rebus, quibus suam expleant voluntatem (vel voluptatem), similes sunt scribarum et sacerdotum redimentium mendacium et sanguinem Salvatoris.

*Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi constituerat illis Jesus. Et videntes cum adoraverunt; quidam autem dubitaverunt. Et accedens Jesus locutus est eis, dicens : Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Euntes ergo docete omnes*

*gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti; docentes eos servare omnia quæcunque mandavi vobis. Et ecce vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi.*

BED. in homil. (1 *inter æstivales*, ut sup.). Postquam dominicam resurrectionem ab angelo nuntiata beatum Matthæum asseruit, visionem Domini, etiam a discipulis impletam refert dicens : Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi constituerat illis Jesus : nam pergens Dominus ad passionem, ait discipulis : Postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam : Angelus quoque mulieribus ait : ' Dicit discipulis ejus, quia præcedet

S. JÉR. — Donc, après sa résurrection, Jésus est vu et adoré sur une montagne de Galilée, malgré le doute de quelques hommes, doute qui augmente notre foi : « Et le voyant, ils l'adorèrent, et d'autres doutèrent. » — RÉM. — L'évangéliste Luc explique ceci plus clairement ; car il rapporte que lorsque le Seigneur, après être ressuscité d'entre les morts, apparut aux disciples, ceux-ci, ébranlés et effrayés, croyaient voir un esprit. — RAB. — Le Seigneur leur apparaît sur la montagne pour signifier que ce corps qu'il avait reçu par sa naissance de la terre, origine commune de tous les hommes, il l'avait par sa résurrection élevé au-dessus de toutes les choses terrestres, et pour avertir les fidèles que s'ils veulent contempler les hauteurs de sa résurrection, ils doivent s'efforcer de passer des voluptés inférieures aux désirs surnaturels. Or, Jésus précède ses disciples en Galilée parce qu'il est ressuscité comme *les premiers des morts*. Suivent ceux qui sont du Christ, et par son ordre ils passent de la mort à la vie, contemplant le Seigneur dans sa propre forme. Le sens du mot *Galilée*, qui veut dire *révélation*, converge là. — S. AUG. — Mais il faut se rendre compte comment le Seigneur peut être vu d'une manière corporelle dans la Galilée ; car il est certain qu'il ne fut point vu le jour même de la résurrection, et Luc et Jean s'accordent parfaitement en ce point, qu'il fut vu ce jour-là à Jérusalem au commencement de la nuit. Ce ne fut pas non plus les huit jours suivants ; car Jean nous dit qu'après ces huit jours il fut vu pour la première fois par Thomas, qui ne l'avait pas vu au jour de sa résurrection, à moins toutefois que l'on ne prétende que les onze qui étaient là n'étaient point les onze apôtres qui, à cette

vos in Galilæam : quapropter jussioni magistri, obedientia discipulorum obsequitur. Recte autem undecim discipuli ad adorandum pergunt : jam enim unus perierat, qui dominum ac magistrum suum tradiderat.

HIER. Post resurrectionem ergo Jesus in Galilææ monte conspicitur, ibique adoratur ; licet quidam dubitent, et dubitatio eorum nostram augeat fidem. Sequitur enim : Et videntes eum adoraverunt, quidam autem dubitaverunt. RÉMIG. Hoc autem Lucas Evangelista plenius manifestat : refert enim quia cum Dominus resurgens a mortuis ipse apparuisset discipulis, ipsi conturbati et exterriti, existimabant se spiritum videre. RAB. In monte quidem apparuit eis Dominus, ut significaret quoniam corpus, quod de communi generis humani

terra nascendo suscepit, resurgendo jam super terrena omnia sublevaverat ; et admoneret fideles, ut si illic celsitudinem resurrectionis ejus cupiunt videre, hic ab infinis voluptatibus ad superna studeant desideria transire. Jesus autem discipulos in Galilæam præcedit, quia Christus resurrexit a mortuis primitiæ dormientium (1 Cor., 15). Sequuntur autem hi qui sunt Christi, et suo ordine ad vitam de morte transmigrant, in sua specie Divinitatem contemplantes : et huic congruit quod Galilæa revelatio interpretatur. AUG., *De cons. Evang.* (lib. 3, cap. 34). Sed considerandum est quomodo corporaliter in Galilæa Dominus videri potuerit : quia enim non ipso die quo resurrexit, visus est, manifestum est : nam in Hierusalem visus est eo die in initio noctis,

époque, étaient désignés par le mot *les onze*, mais que c'étaient onze des disciples pris indistinctement dans leur nombre. Mais voici que se présente de soi-même la solution de cette difficulté. Jean, lorsqu'il raconte que le Seigneur fut vu, non pas sur la montagne par les onze, mais sur les bords de la mer de Tibériade par les sept qui pêchaient, s'exprime ainsi : « Et ce fut là la troisième fois que se manifesta Jésus. » Il faut sous-entendre, après ce mot troisième, le mot jour, et ne pas rapporter ce mot *troisième* à la troisième manifestation de Jésus. Or, si nous admettons que cette manifestation aux onze disciples eut lieu dans l'intervalle de ces huit jours, avant que Thomas l'eût vu, la manifestation du lac de Tibériade ne sera pas la troisième, mais la quatrième, et nous serons ainsi forcés d'admettre que ce fut tout-à-fait en dernier lieu que Jésus fut vu par les onze sur la montagne de Galilée. Nous trouvons aussi dans les quatre Évangiles que le Seigneur fut vu dix fois après sa résurrection : une première fois par les femmes au tombeau ; une seconde par ces mêmes femmes dans le chemin au retour du tombeau ; la troisième par Pierre ; la quatrième par les deux disciples qui allaient au château ; la cinquième par plusieurs autres disciples, parmi lesquels n'était pas Thomas, dans Jérusalem ; la sixième celle à Thomas ; la septième près du lac de Tibériade ; la huitième sur la montagne de Galilée, d'après Matthieu ; la neuvième, racontée par Marc, dans le dernier repas qu'ils firent avec lui, ne devant plus manger avec eux sur la terre ; la dixième, non déjà plus sur la terre, mais s'élevant dans une nuée et montant ainsi au ciel, dernière manifestation que racontent Marc et

ut Lucas et Joannes apertissime consonant : neque etiam in sequentibus octo diebus, post quòs dicit Joannes discipulis apparuisse Dominum, ubi primo die vidit eum Thomas, qui eum non viderat die resurrectionis ejus : nisi quis dicat non illos undecim (qui jam tunc apostoli vocabuntur) sed discipulos undecim illic fuisse ex multo numero discipulorum. Sed occurrit aliud quod obsistit : Joannes enim quando commemoravit, non in monte ab undecim, sed ad mare Tiberiadis a septem piscantibus visum esse Dominum : Hoc jam tertio (inquit) manifestavit se Jesus discipulis suis ; quod intelligendum est ad numerum dierum retulisse, non ad numerum manifestationum : si autem acceperimus intra illos octo dies antequam eum

Thomas vidisset, ab undecim discipulis quibusque Dominum visum, non erit hoc ad mare Tiberiadis tertio manifestatum esse, sed quarto : ac per hoc cogimur intelligere post omnia factum esse, quod eum in monte Galilææ discipuli undecim viderunt. Invenimus itaque apud quatuor evangelistas decies commemoratum Dominum visum ab hominibus esse post resurrectionem : semel ad monumentum a mulieribus ; iterum eisdem a egredientibus a monumento in itinere ; tertio Petro ; quarto duobus euntibus in castellum ; quinto pluribus in Hierusalem, ubi non erat Thomas ; sexto ubi vidit eum Thomas ; septimo ad mare Tiberiadis ; octavo in monte Galilææ secundum Matthæum ; nono quod dicit Marcus, novissime recumbentibus, quia jam non erant



Luc, Mais tout n'a pas été écrit, ainsi que Jean le confesse ; car il conversa souvent avec eux, pendant quarante jours, avant de monter au ciel (1).

RÉM.— Les disciples, en voyant le Seigneur, le reconnurent, et ils l'adoraient leurs visages tournés vers la terre. C'est pourquoi leur maître, pieux et clément, pour enlever tout doute de leur âme, s'approcha d'eux, et les fortifia dans la foi : « Et Jésus, s'approchant, leur parla en disant : Toute puissance m'a été donnée dans le ciel et sur la terre. » — S. JÉR. — Cette puissance lui fut donnée à lui qui avait été auparavant crucifié, enseveli dans le tombeau, et qui ressuscita ensuite. — RAB. — Ceci n'est pas dit de la divinité coéternelle au Père, mais de l'humanité qu'il avait prise, et suivant laquelle il avait été placé un peu au-dessous des anges. — SÉV. — Ce qu'il possède de toute éternité avec le Père, le Fils de Dieu l'apporta au fils de la Vierge, Dieu à l'homme, la Divinité à la chair. — S. JÉR. — Cette puissance lui fut donnée sur la terre et dans le ciel, afin que la foi des croyants fût régner sur la terre celui qui auparavant régnait dans les cieux. — RÉM. — Ce que le Psalmiste a dit du Seigneur ressuscité : « Vous l'avez placé sur l'œuvre de vos mains (2), » c'est ce que dit le Sauveur lui-même en ces termes : « Toute puissance m'a été donnée sur la terre et dans le ciel. » Et il faut que l'on sache bien qu'avant que le Seigneur fût ressuscité d'entre les morts les anges s'étaient con-

(1) « Il leur montra qu'il était vivant par beaucoup de preuves, leur apparaissant pendant quarante jours, et leur parlant du royaume de Dieu » (Act., 1).

(2) Saint Augustin rapporte ce qui dans le psaume est humiliation à la passion du Sauveur, et ce qui est gloire et exaltation à sa résurrection.

in terra, cum illo convivaturi; decimo in ipso die, non jam in terra, sed elevatum in nube, cum in cœlum ascenderet; quod Marcus et Lucas commemorant: sed non omnia scripta sunt, sicut Joannes fatetur: crebra enim erat ejus cum illis conversatio per dies quadraginta, priusquam ascendisset in cœlum.

RÉMIG. Videntes ergo discipuli Dominum cognoverunt; et idcirco demissis in terram vultibus, adorabant; et ideo pius et clemens magister, ut omnem dubietatem auferret a cordibus eorum, accedens ad eos, corroboravit in fide: unde sequitur: Et accedens Jesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra. HIER. Illi autem potestas data est, qui paulo ante crucifixus, qui sepultus in

tumulo, qui postea resurrexit. RABA. Non enim hoc de coætérna Patri Divinitate, sed de assumpta loquitur humanitate; secundum quam minoratus est paulominus angelis. SEVER. (vel Chrysol. rursum, serm. 80, versus finem). Filius quippe Dei Virginis Filio, Deus homini, Divinitas carni contulit, quod semper ipse cum Patre possedit. HIER. In cœlo autem et in terra potestas data est, ut qui ante regnabat in cœlo, per fidem credentium regnet in terris. RÉMIG. Quod ergo Psalmista de resurgente Domino dicit (*Psalm. 13*): Constituisti eum super opera manuum tuarum, hoc nunc Dominus dicit: Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra. Et hic sciendum quia antequam Dominus resurrexisset a mortuis, noverant angeli se subjectos homini Christo:

sidérés comme soumis à l'Homme-Christ, et que c'est pour faire connaître aux hommes que toute puissance lui a été donnée sur la terre et dans le ciel qu'il envoya des prédicateurs pour prêcher la parole de vie à toutes les nations : « Et allant enseigner toutes les nations. » — **BÈDE.** — Celui qui avant sa passion avait dit : « Vous n'irez pas dans les voies des nations, » c'est lui-même qui, s'élevant du milieu des morts, dit : « Allez, enseignez toutes les nations. » Ainsi sont réfutés les Juifs, qui prétendent que le Christ viendra seulement pour leur salut. Que les donastites rougissent, eux qui, voulant comprendre le Christ dans un espace déterminé, disaient qu'il n'était que dans l'Afrique et pas ailleurs. — **S. JÉR.** — D'abord ils enseignent toutes les nations, et c'est après les avoir enseignées qu'ils les baptisent avec l'eau; car il est impossible que le corps reçoive le sacrement de l'eau avant que l'âme ait reçu la foi en la vérité. « Les baptisant au nom du Père, et du Fils et de l'Esprit-Saint. » Afin qu'il n'y ait qu'un seul sacrement là où il n'y a qu'une seule divinité, le nom de Trinité étant celui d'un seul Dieu. — **Sév. (1).** — C'est la même puissance qui recrée pour le salut toutes les nations qu'elle a créées à la vie.

**DIDYME.** — S'il est quelqu'un qui soit assez insensé pour passer contrairement à la loi du Christ un des trois noms qui précèdent, ce sera sans résultat qu'il baptisera; il ne pourra pas délivrer de leurs péchés ceux qu'il aura cru ainsi baptiser. De ceci il faut conclure combien la substance de la Trinité est indivisible : le Père étant réellement le Père du Fils, le Fils étant vraiment le Fils du Père, et l'Esprit-Saint étant réel-

(1) Chrysologue, serm. 80.

volens ergo Christus etiam hominibus notum fieri quod data esset sibi omnis potestas in cœlo et in terra, prædicatores misit, qui verbum vitæ cunctis nationibus prædicarent. Unde sequitur : Euntes ergo docete omnes gentes. **BEDA.**, in homil. (I *inter æstivales*, ut sup.). Qui enim ante passionem suam dixerat (Matth., 10) : In viam gentium ne abieritis, surgens a mortuis dicit : Ite, docete omnes gentes. Quapropter confundantur Judæi, qui dicunt Christum tantummodo ad suam salutem esse venturum. Erubescant et Donatistæ, qui localiter Christum concludere cupientes, dixerunt tantummodo in Africa esse, non in aliis regionibus.

**HIER.** Primum ergo docent omnes gentes, deinde doctas intingunt aqua : non

enim potest fieri ut corpus baptismi recipiat sacramentum, nisi ante anima fidei susceperit veritatem : Baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti; et quorum est una Divinitas, sit una largitio; nomenque Trinitatis unus Deus. **SÉVER.** Omnes ergo gentes potestas una eademque recreat ad salutem, quas creavit ad vitam.

**DIDY.**, in lib. *De Spiritu Sancto* (inter opera Hieron., lib. 2). Licet autem quis possit existere mentis alienæ, qui ita baptizari conetur ut unum de prædictis nominibus prætermittat (videlicet contrarius Christo legislatori), tamen sine perfectione baptizabit; imo penitus a peccatis liberare non poterit, quos a se existimaverit baptizatos. Ex his autem colligitur quam indivisa sit

lement l'Esprit du Père et du Fils-Dieu, du Fils-Dieu sagesse et vérité. C'est là ce qui sauve les croyants, et toute l'harmonie de la discipline ecclésiastique se parfait en cette Trinité.

S. HIL. — Qu'est-ce qui n'est pas contenu dans le sacrement du salut? Tout y est parfait et plein, comme venant de celui qui possède la plénitude et la perfection. Le nom qu'exprime toute la nature de la première personne est le nom de Père; mais elle n'est que Père. Ce n'est pas à la manière humaine que cette première personne est Père; car elle ne reçoit pas d'une autre le don d'être Père. Le Père n'a pas été engendré, et est éternel, ayant en lui toujours de quoi être toujours; il n'est connu que du Fils, etc. Le Fils est engendré par celui qui ne l'est pas, un par celui qui est un, vrai par celui qui est vrai, parfait par celui qui est parfait; vertu de vertu, sagesse de sagesse, gloire de gloire, image du Dieu invisible, forme du Père qui n'a pas été engendré. L'Esprit-Saint ne peut pas être séparé de la formule qui exprime le Père et le Fils; cette consolation de notre espérance n'est absente de nulle part. C'est lui qui est le gage des promesses futures dans les opérations des dons, lui qui est la lumière de l'intelligence, lui qui est la splendeur des esprits. Les hérétiques, qui ne peuvent pas changer ces réalités, en donnent des commentaires humains. C'est ainsi que Sabellius étend la paternité jusqu'au Fils, et voit leur distinction plutôt dans leurs noms divers que dans leurs personnalités diverses, admettant lui-même à sa manière *un Père et un Fils*. C'est ainsi qu'Ébion ne voit d'autre origine de Jésus-Christ que dans Marie, ne faisant pas venir l'homme du Dieu, mais le Dieu de l'homme. C'est

substantia Trinitatis; et Patrem vere Filii esse Patrem, et Filium vere Patris Filium, et Spiritum Sanctum vere Patris et Dei Filii esse Spiritum; et insuper sapientie et veritatis, id est, Filii Dei. Hæc est ergo salus credentium; et dispensatio ecclesiasticæ disciplinæ in hac Trinitate perficitur.

HILAR. Quid enim in hoc sacramento salutis humanæ non continetur? Piena sunt omnia et perfecta, ut a pleno et perfecto prolata: habet enim naturæ suæ nomen in Patre, sed Pater tantum est: non enim humano modo habet aliunde quod Pater est: ipse ingenuus, æternus, habens in se semper ut semper sit; soli Filio notus, etc. Filius autem est progenies ingenui, unus ex uno, verus a vero, vivus a vivo, perfectus a perfecto; virtutis virtus, sapientie

sapientia, gloriæ gloria; imago invisibilis Dei; forma Patris ingenui. Spiritus autem Sanctus non potest a confessione Patris et Filii separari: et quidem, ubique non deest hoc expectationis nostræ solatium: hic in donorum operationibus futuræ spei pignus est, hic mentium lumen, hic splendor animorum est: Hæc igitur licet mutare non possint hæretici, afferunt tamen humanæ commenta; ut Sabellius Patrem extendat in Filium; idque nominibus potius confitendum putat esse quam rebus, cum ipsum Filium proponat et Patrem: ut Ebion omne initium ex Maria contendens, non ex Deo hominem, sed ex homine Deum profert: ut Ariani, qui ex nihilo atque ex tempore formam et sapientiam et virtutem Dei producant. Quid autem mirum est ut de

ainsi que les ariens produisent comme venant du néant et du temps la forme, et la sagesse et la vertu de Dieu. Qu'y a-t-il d'étonnant qu'ils avancent des erreurs si diverses sur le Père, eux qui osent donner de telles origines et affirmer de tels changements sur le Fils, de qui procède l'Esprit-Saint?

S. JÉR. — Ici nous devons nous arrêter à un ordre important qui est marqué : le Christ ordonne à ses disciples d'abord d'enseigner toutes les nations, ensuite de les laver du sacrement de la foi, enfin d'ordonner ce qui vient après la foi et le baptême, et qui doit être observé : « Leur enseignant à observer tout ce que je vous ai ordonné. » — RAB. — Car ainsi que le corps est mort s'il est privé de l'esprit, ainsi *la foi est morte sans les œuvres*. — S. CHRYS. — Parce qu'il leur a donné cet ordre concernant les commandements importants, il ajoute, pour élever plus haut leurs pensées : « Et voici que je suis avec vous jusqu'à la consommation des siècles. » C'est comme s'il disait : Ne dites pas que cela est difficile ; car je suis avec vous, moi qui rends toutes choses légères. Et non-seulement il dit qu'il sera avec eux, mais encore avec tous ceux qui croiront après eux ; car les apôtres ne devaient pas vivre jusqu'à la fin des siècles, et il s'adresse par là à tous les fidèles comme à un seul corps. — RAB. — D'où il faut conclure que jusqu'à la fin du monde il y aura toujours des hommes dignes de servir d'habitation à Dieu. — S. CHRYS. — Il leur rappelle la fin de toutes choses, pour les attirer d'avantage, et afin que non-seulement ils regardent aux choses présentes, mais encore aux biens futurs qui doivent durer toujours ; et c'est comme s'il disait : La tris-

Spiritu Sancto diversa sentiant, qui in Filio largitore ejus, et creando, et demutando tam temerarii sunt auctores?

HIER. Consideratur autem hic ordo præcipuus : jussit apostolis ut primum docerent universas gentes, deinde fidei tingerent sacramento, et post fidem ac baptismum quæ essent observanda præciperent. Unde sequitur : Docentes eos servare omnia quæcunque mandavi vobis. RAB. Quia sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est (Jacob., 3). CHRYS., in hom. (91, ut sup.). Quia vero eis magna injunxerat, erigens eorum sensus dicit : Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi : quasi dicat : Ne dicatis difficile esse injunctum negotium, ego sum vobiscum, qui

omnia facio levia. Non autem cum illis solum dixit se futurum esse, sed et cum omnibus qui post illos credent : non enim usque ad consummationem seculi apostoli mansuri erant, sed sicut uni corpori fidelibus loquitur. RAB. Ex hoc autem intelligitur quod usque ad finem seculi non sunt defuturi in mundo, qui divina mansionem et inhabitationem sint digni. CHRYS., in homil. (91, ut sup.). Rememorat autem eis et consummationem, ut eos magis attrahat ; et ne præsentia solum inspiciant, sed et futura bona et sine fine manentia : quasi dicat : Tristitia quam sustinebitis, simul cum præsentia vita consumetur, et totum seculum in consummationem deveniet : bona autem quibus potiemini, sunt in æternum permansura. BEDA., in homil. (ut sup.).

tesse que vous aurez à supporter tombera avec cette vie, et tout ce qui compose la vie présente en viendra à sa consommation, tandis que les biens dont vous serez comblés resteront dans l'éternité. — BÈDE. — L'on se demande comment il a pu dire : « Voici que je suis avec vous, » alors que l'on lit ailleurs : « Je vais à celui qui m'a envoyé. » Mais autres sont les choses attribuées à la divinité, autres celles attribuées à l'humanité. Il ira au Père par son humanité, et il restera avec ses disciples en cette forme qui le fait l'égal du Père. Ces mots : « Jusqu'à la consommation du siècle, » sont le fini pour l'infini ; car il est évident que celui qui reste avec les élus dans le siècle présent, pour les protéger, restera avec eux après la fin en les récompensant. — S. JÉR. — Celui-là donc qui promet d'être avec ses disciples jusqu'à la consommation du siècle leur promet ainsi et qu'ils vivront toujours, et qu'il ne se retirera jamais des croyants.

S. LÉON. — Celui qui monte dans les cieux n'abandonne pas ceux qu'il a adoptés, et il fortifie ici-bas, en leur inspirant la patience, ceux qu'il appelle en haut à la gloire, de laquelle gloire nous fasse participants le Christ, le roi de gloire, qui est *le Dieu béni dans les siècles*. Ainsi soit-il !

Quæritur autem quare hoc dicat : Ecce ego vobiscum sum, cum alibi dixisse legatur (Joan., 16) : Vado ad eum qui me misit ; sed alia sunt quæ humanitati ascribuntur, et alia quæ Divinitati : ibit ad Patrem per humanitatem ; manet autem cum discipulis in forma qua est Patri æqualis. Quod autem dixit : Usque ad consummationem seculi, finitum pro infinito ponitur : nam qui in præsentis seculo manet cum electis (eos protegendo) ipse post finem cum eis manebit, eos remunerando. HIER. Qui ergo

usque ad consummationem seculi cum discipulis se esse promittit, et illos ostendit semper esse victuros, et se nunquam creditibus recessurum.

LEO Papa, in serm. *De Pascha*. Qui enim ascendit in cælos, non deserit adoptatos ; et ipse deorsum confortat ad patientiam, qui sursum invitat ad gloriam : cujus gloriæ participes nos faciat ipse Christus, Rex gloriæ, qui est Deus benedictus in secula. Amen.



# TABLE DES MATIÈRES

## CONTENUES

### DANS CHACUN DES CHAPITRES DE SAINT MATTHIEU.

---

#### CHAPITRE PREMIER.

Description de la génération du Christ selon la chair, et énumération en une triple série de ses ancêtres. Chacune de ces séries a quatorze noms, l'une allant d'Abraham au roi David, la seconde du roi David à la transmigration de Babylone, et la troisième de la transmigration de Babylone jusqu'à Joseph, l'époux de Marie, de laquelle est né le Christ. Marie, étant fiancée, se trouve épouse avant toute relation avec son époux. Joseph, jeté par là dans le doute, médite de la renvoyer en secret, ne pouvant se résoudre à la livrer; mais, averti par l'ange quel est celui qui a été conçu et comment il a été conçu par l'opération du Saint-Esprit, il la reçoit avec respect chez lui.

#### CHAPITRE II.

